

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Michael Cobabus Ephraim Praetorius

**Atheus Animae humanae immortalitatem, corporum nostrorum Resurrectionem,
extremumque iudicium, ex Coheleth c. 3 v. 18, 19, 20, 21. impugnans, Proprio
Gladio lugulatus**

Rostochii: Richelius, 1683

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737562765>

Druck Freier  Zugang



RU theol. 30.Jan. 1683

Cobabus, Mich.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn737562765/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737562765/phys_0003)





בשְׁהַקְרָבָה
ATHEUS
Animæ humanæ immortalitatem, corporum nostrorum Re-
surrectionem, extremumq;e judicium, ex Coheleth c. 3. v. 18, 19,
20, 21. impugnans,

**PROPRIO GLADIO
JUGULATUS,**

Quem,
DEO opt. max. feliciter adspirante,
Consensu Pl. Rev. Facultatis Theologicæ,

PRÆSIDE

MICHAELE COBABO,
SS. Theol. Doctore famigeratissimō, ejus-
dēmq; Professore celeberrimo,
Domino Preceptore, Hospite, ac Fautore suo etatem colendo
& obsermando,

in Alma hac ROSARUM,
publice sistere constituit

AUCTOR

EPHRAIM PRÆTORIUS,

Dantiscanus.

A. A. V. M. DC. LXXXIII. D. XXX. Jun.

Horis matutinis in Auditorio Majori.



ROSTOCHII,
Typis JACOBI RICHELII, SENAT. Typog.

ATHENÆ

Venit prima pars in modum histæ, copiata neyjorium Gre-
ciorum, excommodatæ in dñis, ex Gouegi c. 3. a. 18. 16.
16. 16. imprimatur.

PROPRIO GLADIO TRICLATE

Dico ut quis sepius sibi vult
Congredi. Re. Facilius Logogries
Præside

MICHAEL COPRARIO

22. Libro. Dogmæ prædictiūm clie-
sæ, Epistola, &c. &c. &c. &c. &c. &c.
Divinae Scripturæ & Ecclesiasticae
Scripturæ & Ecclesiasticae
Bibliotheke
Rostock

in ALIA MIGRORUM SARUM,
baptizæ liturgie confessio
ACTOR

EPHRAMI PRÆTORIUS

XVII. DC. LXXXV. Tunc p. 1.
Hocius manuscriptus in Auditorio Meliori
ROSTOCHEM
D. MICHAELI KICHERI 1608.

Procœmion.

S nullus unquam fidei divinae articulus, adversarios expertus est atq; impugnatores infestos, imò derisores etiam atq; contemptores Sathanicos, est iocertè articulus, quem de animæ humanae immortalitate, mortuorum resurrectione, extremo q; judicio, arcto nexu coherentibus dogmatibus, sanctè credit, semperq; credidit vera ac catholica ecclesia. Vix primam primorum parentum post lapsum sobolem confexerat sol, cùm major natu frater, Cain, minor em natu, Abelem, in campestri dialogo & contentione, hunc impium in modum (si Hierosolymitani Targum Autori credimus,) Gen. 4:7
 לִירַת דָּיוֹן וְלִירַת רָיוֹן וְלִירַת עַלְמָן אֶוחָרָן וְלִירַת לְמָתָן רְשִׁיעָה :
אֲגָרְתָּה טב לְצַדְקִיתָה וְלֹא לְאַחֲרָעָה מִן-
 Non est judicium, neq; judex, neq; seculum aliud, neq; dabitur præmium bonum justis, neq; vindicta sumetur ab impiis. Ex eo tempore, qvò magis hominum indies excrevit multitudo, eò amplior etiam sanctissimæ hujus veritatis infestatorum surrexit numerus. Res, dolor! adeò clara est & aperta, ut omnes fermè Theologorum libri, aliorumq; etiam scripta, longa serie insanos istiusmodi homines recensent, sitq; laboris supervacanei, in adducendis illis lineas hic ducere. Minim nostra tempora ignorarent nefariæ hujus malitiae homines! Sed profectò, exultaverat hanc nostram decrepitag; ætatem, non extra ecclesiæ solum pomaria, sed in ipso etiam ejus gremio, ingenti numero Empæclæs hujusmodi scelerissimos oris surrexisse, cum experientia virorum cordatorum scripta nimium quantum clamant atq; querunt! Cui ignota Rablæsi, Machiavelli, Aretini, Vanini, Hacketti, aliorumq; horrida, æternag; oblivione dignissima nomina? Et, ne in altiora tempora eamus, quis nescit Edoardum Herbertum de Cherbury, Thomam Hobbesium, Benedictum Spinosam, tres illos seculi nostri Impostores maximos, Naturalistas Theologastros impurissimos, imò juratos veræ religionis hostes; qui per paucos ante annos, ausu astutò, sed damnatus simò, singularem scilicet veritatis amorem pre se ferentes, id egerunt Scriptis suis, ut incautioribus, ac inadvertentibus lethale Atheismi viriu propinarent, hocq; paulo Christianismum calituq; donatam veritatem everterent penitus. Adeò nimisrum execrandi hi homunciones, & quicunq; alii, cum novis his Atheismi principib; DEO, cordium scrutatori, optimè noti, eodem fastidissimò errorū cænob harent, exemplis suis confirmans, vera olim de ultimis his nostris mundi temporibus Salvatorem nostrum edixisse: Filius hominis cùm venerit, num reperturus est fidem in terrâ?
Luc. 18.8. & S. Petrum; Scientes, venturos extremis diebus irrisores,
qui

qui in suis ipsorum cupiditatibus incedant, & dicant, ubi est pollicitatio adventus ejus? &c. 2. Petr. 3. 3. seqq. Nec est, quod mireris, sceleratos hos illusores, dum animæ immortalitatem, mortuorum resurrectiōnem, extremumq; judicium, elevare moluntur. Atheismi à nobū postulari. Sit enim, non omnes eos, qui sacra illa divina fidei dogmata inficiantur, summum aliquod Numen negare, saltem negare videri velle: hos tamen solos, qui DEI existentiam inficias enuntiari, Atheismi reos esse, si autumas, erras. Audē Theodoritum Therapeut. l. 3. ο μόνοι γα τέλεοι Διάγετες ὁ Μιλήσιος, καὶ θιδωρεῖς οὐκεπαινεῖς: καὶ Εὐηνερεῖς οἱ Τερεύης, καὶ οἱ τελείς ηγελαζούντες, ταῦτα νοοι Φάντας μὴ εἰναι θεοί, οἱ οἱ Πλάστερες ἐφη Σ. Et eleganter Athanasius, orat. contra Gentes, ait: Παν δὲ τέλεοι παρεπάντοι οὐλέαντες θεοὺς γεγονότας βέβαιοι, καὶ ηγελαζούμενοι; Ipsiarum v. S. Literarum iudicium si desideras, vid. Eph. 2. 12. 2. Joh. v. 9. &c. Thes. 4. 5. Dici v. non potest, quād omnī studiō profanissimi hi Athei, purissima hæc sua deliria probabilitā reddere alibi, persuadereq; satagant. Omnem tamen temeritatem superat, quando persiciliā fronte in ipsa sacerrimis Codicis Biblici oracula runt, impietatisq; sive patrocinium in iis querere presumunt. Ex aliis plurimis divinarum literarum monumeneis, in primis crepare eos audias illum Salomonis locum Cohel. III. 18. seqq. in quo tam mirè sibi placent, ut, non quod pueri in fabâ, sed aptissimum ad pretenda doctrinâ cœlestibus jugula gladium, in eō sepe invenisse, autument. Vehementissime itaq; de isto Regis sapientissimi dicto cùm sibi graueniunt, ac, cœu conseclō iam certamine, triumphent priusq; insultent Athei, præterea vero & aliis Scripturarum S. Lectores non pauci, i. q; etiam pientissimi, ad idem illud Oraculum, non secus ac olim ad imperfecti Amase corpus prætereuntes, subinde consistant, quidq; circa illud Atheis respondere debeant, dubii hæreant: Operæ pretium facturum me esse duxi, si in perquirendo hoc cùm vexato loco tempus aliquod insumerem. Ibi verò, adhuc diligenter ius, qribus in exponendō Saecū textie felicitate versatuero uti necessum est, interpretandi admiraicula, tandem deprehendi, adeò misere hinc falli Empedocles omnes & Atheos, ut non tantum non quicquam subsidii in loco nostro inveniant, sed contraria etiam acutissimus, quæ ipsosmet jugulet, paratus adstet gladius. Ilsa enim illa fidei Christianæ capta, quæ hinc labefactare conantur Athei, videlicet animæ humanæ immortalitas, mortuorum resurrectio, extremumq; judicium, in illo Salomo- nis effatio afferuntur solidissimè. Quod ipsum dum in praesenti ostendere aggredior, DEUM opt. max. supplex cum Psalmistâ veneror

ex Ps. 119. 18:

גַּם־עַנִּי וְאֶבְרָהָה נְלֹא תַּמְרוֹתָה

CAPUT

CAPUT I.

§. 1.



On fine causā omnes ferē ī, qvi
Commentariis illustrare Ecclesiasten
allaborārunt, qvorum qvidem non
admodūm sunt multi, de difficultate
& obscuritate hujus libri conquesti
sunt vehementer. Qvos inter B.
Lutherus T.3. Jen.f. 2.39. causam eti-
am ostendit, unde nim. factum sit,
qvōd obscurus evaserit hic liber multis : Fuit duplex causa,
quapropter hic liber obscurior aliis fuerit : Una, qvia non vi-
derunt consilium & scopum autoris, quem, ut in omni genere scri-
pti, ita hic vel maxime referebat ubique tenere & seqvi ; altera,
proter Ebrae lingue ignorantiam, & ipsius autoris singularem
quandamp brasin, qva à communis lingue usu sapere recedit, & à
nostrā consuetudine valde aliena est. Qvod ipsum cūm de
præsenti in primis Ecclesiastæ oraculō dictum sit verissimè,
utpote qvod præstantissimis qvibuscunqve Interpretibus
crucem fixit, eò attentiori curā hic versabimur, nihil eo-
rum, pro virili, intermissuri, qvæ ad veram Salomonis men-
tem investigandam necessaria videbuntur. In primis mo-
niti Megalandri memores, scopum Ecclesiastæ ubiq; atten-
demus, phrasesq; ac voces omnes datā operā excutiemus.
Placuit verō huic fini præsentem Dissertationem in duo di-
spescere Capita; qvorum primō, præmissō illō ipso, in qvō
vindicandō versor, textu, tūm de autore ejus dispiciam, tūm
& diversas diversorum interpretum, de dicti nostri argu-
mentō & scopō, placita, examinabo ; alterō verō genuinum
Salomonis sensum contra Atheos pandam atqve afferam.

§. 2. Verba Salomonis, Ecclesiastæ cap. III. v. 18, 19, 20,
אָמַרְתִּי אֲנֵי בְּלֹבֶן עַל־דְּבָרֵת בְּנֵי־הָאָדָם :
לִמְרַכְּתָה אֱלֹהִים וּלְרֹאוֹתָה שְׁהָס־בְּחִמָּת הַמָּה לְאַתָּה : כִּי סְקָרָת
בְּנֵי־הָאָדָם וּמִקְרָתָה הַבְּחִמָּה וּמִקְרָתָה אַחֲרָה לְהַם כְּמוֹת וּהַ כְּמוֹת

A 3

הַ וּוֹת

זה ורוח אחר לכל ומותר האروم מקרבתה און כי הכל חבל:
הכל חולך אל-טוקוט אחר הכל הוּא טן-העפר וחרט שב
אל-העפר: פִי יורע רוח בני האדם העלה היא למעלה ורוח

הברכה חירודת היא למטה לא-ארץ: Qvæ B. Lutherus noster ita
Germanicō idiomate expressit: Ich sprach in meinem Hertzen
von dem Wesen der Menschen/ darinn Gott anzeigen/ und lässt es anse-
hen/ als wären sie unter sich selbst/ wie das Vieh. Denn es geht dem
Menschen/ wie dem Vieh/ wie ditz stirbt so stirbt das auch/ und haben alle
einerley Odem/ und der Mensch hat nichts mehr/ denn das Vieh/ denn es
ist alles eitel. Es fähret alles an einen Ort/ es ist alles von Staub ge-
macht/ und wird wieder zu Staub. Wer weiß/ ob der Odem der Men-
schen aufwärts fahre/ und der Odem des Vieches unterwärts unter die Er-
den fahre? Plurium versionum adductione chartam fallere, ni-
hil attinet; sparsim eas, ubi necessum videbitur, producemus.

§. 3. De Autore jam hujus dicti qvando sumus solici-
ti, qvòd cognitio ejus ad solidiorem πληροφορίας τῆς πίστεως
piarum mentium confirmationem qvàm maximè faciat, di-
ctioqve huic, Atheorum blasphemias adeò egregiè retun-
denti, inde eò melius divina sua constet autoritas; prima-
rius autor ejus est idem ille, qvi totius hujus libri Salomo-
nati, videlicet Spiritus Sanctus. Qui enim totum librum in-
spiravit, is ab hujus particulæ inspiratione minimè excluden-
dus est. Sanè, qvô Spiritu φέρεται suum ηράλη conscrip-
tus est Salomo, ipse satis clare indicat c. XIIII: Data sunt (ver-
ba hæc sapientum) à pastore uno, pastore nim, illō uno CHRI-
STO, (Psal. 23. 1. Ezech. 34. 12, 23. c. 37. 24. Joh. 10. 1.) omnis
Sapientia ac beatitudinis autore, cuius Spiritu acti viri DEI
locuti sunt, 2. Petr. 21. conf. 1. Petr. 1. 11. Et egregiè Magnif.
Dn. D. Calovius in Bibl. Germ. nuper editis, p̄f. in Cobel.
p. 1043. observat, non obscurè Scripta N. T. passim hunc li-
brum respicere, patente id ex C. 7. 4. coll. cum 2. Cor. 7. 10,
& c. 11. 5. coll. cum Joh. 3. 8. it. C. 12. 14. coll. cum Rom. 14. 10.
2. Cor. 5. 10. Indubium hoc jam est omnibus, Judæis pariter
& Christianis. Non defuere tamen olim, qvi dubii hæc in re
hæserunt, qvibusq; ηράλη ob verba præsentia, aliaq; nonnula-
la, ad primum intuitum duriuscula, è Canone Sacrō exten-
minandus

minandus visus est. Qvod de antiquis Judæorum Sapienti-
 bus referunt Scriptores eorum proprii. Ita enim Massech.
 בקשי חכמי לגנו ספר קהלה מפני שכת
 c. 2. legitur : שרבינו כותרין זה אה זה
 i. e. voluerunt Sapientes נזנץ את librū Cobeletb, eò, qvōd verba ejus inter se pugnarent; vel, ut re-
 fert Majm. More Nev. l. 2. c. 28: מפני שרברנו נוטים לדברי מיניהם,
 qvia verba ejus declinant ad heresin. Enim verò, qvando ac-
 curatiōri mentis indagine Scriptum hoc Salomonæum per-
 scrutati sunt Judæi, omniaq; debitè ad regulam aliorum Ca-
 nonicorum librorum expenderunt, sententiam suam mutā-
 runt, nec apocryphis amplius annumerarunt, qvod vide-
 rent, ex acte illud cum lege divinâ convenire, ut testatur i-
 dem Majmonides l. c. vid. Hotting. Thesaur. philol. l. 2. c. 1. p.
 696, 497. Ulti verò dudum, per secula benè multa, קהלה
 à Judæis aghitus est, & adhuc dum agnoscitur indubie Cano-
 nicus, ac, ut cætera א'נ'ס ו'ג'ג, Judæis concredita, Rom. 3. 2.
 incorruptè Christianis ab ipsis traditus est : ita nunc qvidem
 Christianorum neminem offenderis, qvin citra controver-
 siam divinum ac Canonicum eum veneretur. Calumnia cer-
 tè virulenta est, qvando Bellarminus l. 1. de R. D. c. 5. ber. 6.
 Bonfrerius pral. pentat. c. 4. sect. 1. Pineda in Comment. f. 16. alii q
 è Pontificiorum grege, B. Lutherum nostrum nefandi illius
 criminis arguunt, eum hunc librum Canonicis accensere
 detrectasse ; Vel ipsa n. B. viri hunc in librum facta præfatio,
 conscriptusq; in eundem Commentarius, T. 3. Jephn. Lat. f.
 238. seqq. qvam reverenter scriptum hoc habuerit, satis lo-
 quuntur. Quæ, & alia, calumniatoribus dudum reposuerunt
 è Nostratibus B. Gerb. Confess. Cathol. T. 2. p. 324. B. Hulsem. ani-
 madvers. in Bellarm. l. 1. c. 2. p. 51. & ex iis B. Geier proleg. in Cobel.
 Conf. & B. Danb. in memoriam Ibaumas. Lutheri c. 13. p. m. seq.

§. 4. Autor secundarius præsentis dicti manifestus est
 ex repetitione inscriptionis totius libri, nim. c. I. v. 1. דברי
 קהלה קדש דוד מלך ירושלם SALOMO sc. is est, regum
 ille, qyos Sol unquam conspexit, Sapientissimus ; De cuius
 & Sapientiâ, & gloriâ, & potentiâ, & aliis, multa hic dicere
 nihil

nihil attinet. Sed & de nomine נָהָר, qvō in hoc libro
Salomo se sītit, qvæ annotanda veniant, apud alios perqui-
renda linquimus, vid. B. Glassius *Phil. S. l. 3. tr. 1. p. 435.* (82.)
B. D. Geier *Comm. in Cob. 1. l. 1. Fesselius Advers. S. l. 1. c. 14.*
S. 2. p. 74. Dn. D. Pfeiffer *Dub. Vex. Loc. 94. p. 748, 749.* Id,
ceu scopo nostro non parum inserviens, disqvirendum no-
bis hic potius est, an Salomo *Juvenis*, l. ante lapsus, an verò
Senex, l. post lapsus, Scriptum præsens confecerit? In ipso
enim gravissimi lapsus sui statu, ubi mundi voluptatibus
vanitatibusqve delectatus agebat Salomo, librum hunc *תְּמִימָנוֹן*
ab eo conscriptum esse, qvis, argumento libri recla-
mante, Atheis credat? Ante lapsus verò factum id esse,
non omnino desunt, qui statuant, ii tamen perpauci. Sic
Bellarminus l. 1. de V. D. c. 5. Bonfrerius in *Pentat. f. 1074.* &
fortè alii. Hi vero & à propriis suis deseruntur sociis, &
chorus aliorum interpretum doctissimorum amplissimus
eis contradicit. Sanè, liber ipse satis loquitur, se à Salomone,
voluptatum (qvibus imprudens aliquando adhæserat) va-
nissimarum, & fallacissimarum perturbat, ac ex animo penitus
eradicata idolatria, ad relinquentem posteris seriat pœnitentia
sue publicum documentum, conscriptum esse. Un-
de Ebrai in יְהֹוָה זֶבַח p. 13. scribunt: לְעֵת זִקְנָה שְׁלֹמֹן זָנָן
Tempore senectutis Salomonis, cùm jam vicinus esset mortis,
habitavit super ipsum Spiritus S. Et dixit Salomo sequentes li-
bros, Proverbia, Canticum Cantorum, Ecclesiasten. Consen-
sum isti præbent Hieronymus, Lutherus, D. Matthiae, D.
Geier, D. Calovius, præfat. in *Coh.* Waltherus officin. bibl. S.
926. Hottinger *Theol. Phil. p. 486.* Leusdenius *Philol. Ebraeum dis-*
fert. 8. p. 60. & qui non alii? Hæc verò eō faciunt, ut con-
tra Athorum blasphemias eō magis obfirmetur nobis ani-
mus; à Rege enim Salomone, non Sapientissimō solū, sed
& post lapsus suum seriat pœnitente, cùm scriptus sit hic
liber, & in eō Textus etiam præsens, certè non Sapientis-
sima solū qvævis, sed & piissima, homineq; verè pœnitentie
digna, exspectanda & qværenda in eō erunt. An verò
oraculum

braculum nostrum eā etiā ratione Salomonis Autoris sit,
quod in personā, & ex mente propriā in eō loqvatur, an in
personā & ex judiciō aliorum, jamjam dispicemus.

S. 5. Argumentum, & scopum ipsum dicti nostri quod
concernit, de eō non una interpretum est sententia. Brevi-
ter præcipuas recensebimus, brevissimis in earum examine
versatur, quod in Athorum debellationem potissimum in-
stituta sit hæc dissertatio. Sunt itaq;, qvi Salomonem hic
non in propriā personā prodire, & ex suā mente loqui, sed im-
piorum mundanorumq; hominum personam induere, quid-
que illi de animæ humanæ immortalitate, corporis resurre-
ctione, & judiciō ultimō statuant, per ~~et cetera~~ ac ~~μη μη~~
~~ο~~ ostendere, censem. Hæc ratione Salomonē hic exponen-
dū, ac ab Epicuræorū insultibus vindicandū esse, interpres
longè plurimi, ijq; non infimi subsellii, existimārunt. Ex Pa-
trum antiquitate hoc referendus Greg. Nyssenus l. 4. dial. c.
4. qvem longā serie seqvuntur alii, Thomas 1. qv. 75. art. 6.
adi. Joh. de Rada 4. sent. contr. 18. Flacius part. 2. clav. tr. 3. col.
267. Waltherus barm. bibl. h. l. Danhauerus Id. Boni Interpr.
p. 162. Glassius Phil. S. l. 3. tr. 3. p. 656. (388.) D. Cramerus Bibl.
Germ. not. h. l Junius & Tremellius in notis; & alii. Verū
enim verò, qvā multos etiam & magnos sententia hæc ha-
beat patronos, non possumus tamen non sobriè ab illā rece-
dere. Etsi enim verum omnino sit ac certum, non omnia
illa, qvæ in S. Literis consignata reperiuntur, Spiritus S. vel
autoris etiam secundarii verba propria esse & afferentia, qvæ
dam enim etiam ~~historica~~ solūm sunt seu recensentia, qvædam
~~μη μη~~, &c. pariter tamen se rem & hic habere, qvin statua-
mus, contextus ipse prohibet. Ut enim non dicamus, Salo-
monem in totō hōc c. 3, in propriā personā loqui, ac qvæ im-
mediate antecedenter dixerat, stulto & impio adaptari non
posse; urgemos meritō diserta Salomonis verba: *Dixi ego in*
corde meo: qvibus satis clarè, propriæ mentis suæ judicium se
hic enarrare, innuit. Si obvertas, addere Salomonem: Dixi
Ego in corde meo — בָּרוּךְ כָּל־הָרָקֶב ה. c. ut ar. m.,

Juxta verbum, ex mente & judicio filiorum hominum, seu mundanorum; Respond. interpretationem istam procedere non posse, quia verba illa, quae Salomo hic dicit, non judicium hominis stulti, mundani & impii, sed sapientissimi, imo à Sp. S. illuminati, arguunt. Verbo; quid opus verba hæc adjudicare stultis, adq; ductum rationis depravatae judicantibus, cum habeant se optimè, nec quicquam absurdum aut stulti, nedum impii, contineant? Unde benè monet B. Lutherus Comment. in b.l. glossemate illo, quod sc: Salomo hic in personā impiorum loquitur, dictum præsens non tantum non dilucidatum, sed contrà penitus obtenebratum atq; obscuratum esse. Consentunt Interpretes alii longè plurimi doctissimiq;; Arriaga disp. 12. de anima sect. 1. subf. 1. p. 931. Oviedo eontrov. 16. de anima punct. 1. p. 214. Mercerus b. l. D. Hulsemannus Brev. Theol. extens. c. 16. p. 260. D. Calovius Bibl. Germ. b. l. D. Varenius Gem. Salom. §. 1. p. 15. & 35. D. Scherzer Syst. Theol. Loc. 20. p. 574. B. Dn. D. Strauch Harte und Milch-Speise Conc. 3. in XVII. Trix. p. 1384. D. Pfeiffer Dub. Vex. b. l. Dn. D. Serrarius tract. de anima hum. Immort. c. 2. p. 40. ubi Galios vide.

§. 6. Alii proinde, cum verba: *Dixi ego in corde meo, nimis clara sint, concedunt quidem, Salomonem hic loqui non ex mente aliorum, sed propriâ, ita tamen, ut recenseat, non quid judicet in præsenti, sed quid antehac, mundi vanitatibus, ac voluptatibus immersus, vel temptationibus etiam lassitus, senserit, ubi nimirum eventuum exteriorum, quos cum brutis homines communes habeant, consideratio, eò dementiae eum adegerit, ut animam quoque hominum, non minus quam brutorum, interire statuerit; è quod tamen judicii errore plenè jam, per Deum gratiam, eluctatus sit. Habet hæc sententia patronum patrem seculi tertii Greg. Neo-Cesariensem, ex cuius mente Salomo b. l. ita dicere voluit: Cum me darem voluptatibus, sensi, animum meum quodammodo brutescere, atque iis cogitationibus agitari, quod est unus existens hominum atque jumentorum, ac quod post hanc vitam nulla superfit alia. Eandem loci hujus expositionem Cajetano etiam, Dic-*

am Dionysio, & Gerb. Possio, tribuit Pineda b.l. Affinisq; hæc interpretatio est priori, paulò tamen tolerabilior eâ, (si Dn. D. Pfeifferi judicio standum,) sed verò nec ipsa, ubi accuratiùs rem disqvirimus, admittenda. Qvod enim §. præced. dicebamus, sine causâ verba hæc stultis tribui, idem & hic dicendum: sine causâ, Salomonis erranti, ac vanitatum fluctibus jactato hæc tribuuntur, qvæ sanæ sanctæq; mentis iudicium præ se ferunt. Adde, qvod nec vola nec vestigium appareat, Salomonem hæc verba ex mente suâ qvondam depravatâ se proferre, intellecta velle, (qvicqvid sit de eô, an alibi in hōc librō ita loqvatur,) nec enim id præfatur, nec, postqvām verba sua dixerat, ea corrigit, nec ejusmodi qvid aliud addit; qvod tamen necessum videbatur, si, non ex mente suâ, rem, ut dixerat, se dijudicare, æstimari voluisse. Nec sanè, nisi urgente necessitate, istud refugium in Scripturis S. exponendis petendum, ut ex mente errantium hominum qvid prolatum esse dicatur, cùm aliàs hac ratione clarissima Spiritus S. oracula eludi facili negotio possent,

§. 7. Hactenus ii, qvibus Salomo sub persona alienâ habituqve ascitiitio, absurdâ hic dicere, h.e. mundani cordis corrupta judicia egregiè exponere, visus est. Succedunt illi, qvi Salomonem in persona & ex mente propriâ verissima eloqui censem. Qvâqvidem in re uti hi laudem suam merentur, ita in eô tamen notandi, qvatenus ad somnia, immo (qvod Atheos concernit,) ad impiissimas blasphemias suas ea non tam applicant, qvām detorquent. Cui censuræ tamen jure suō eximuntur ii, qvos primō loco nominamus. Sunt hi illi, qvi, Salomonem, ex instituto suō, externa hominum cum brutis communia ante & circa mortem fata delineare, ad ea verò, qvæ superioris indaginis sunt, ac in & post mortem contingunt, minimè descendere, censem. Ethæc loci nostri adeò communis est interpretatio, ut numerum eorum, qvi eam fovent, non facilè iniveris. Tantum qvòqve abest, ut eam improbemus, ut libentissimè potius eandem admittamus; solidè enim ac sufficien-

ter verba Salomonæ ab omni impietate, quam Empœctæ
iis affingunt, vindicat. Utique Salomo v. 19, 20, 21. exter-
nos hominum cum brutis eventus communes delineat,
ut in ipsa analysi prolixè videbimus. Si tamen dicen-
dum, quod res est, pertinet hæc commentatio tantum ad
dictos v. 19, 20, 21. antecedentem verò v. 18. non attingit, qvì
sanè augustioris qvid adhuc in recessu habet. In eo enim Sa-
lomo certum aliquod ex hominis cum bruto similibus in
hac vita eventibus conclusum ponit, & præterea versus eti-
am 21. immortalitatem animæ humanæ disertè afferit: qvod
tamen nec interpretum quisquam facile, ut spero, inficiabi-
tur, nedum rigidus impugnabit.

§. 8. Sicut verò modò enarrata interpretatio non
refutationis, sed melioris tantum dilucidationis ergò à no-
bis proferebatur: ita aliter tamen statuendum de illâ sen-
tentia, qvæ institutam à Salomone inter hominem & bru-
tum comparationem tam latè extendit, ut bruta etiam, pa-
riter ac homines, aliquando resurrectura esse, inde inferat.
Francisco Puccio, fanatico illi, monstrosarumqve opinionum,
architecto, id tribuit Dn. D. Pfeiffer *Dub. Vex. b. l.* Soci-
nus etiam in resp ad defens. *Puccij p. 144.* afferit, Puccium sta-
tuisse, bestias in novâ terrâ futuras. Vid. ipse *Puccius, in de-
fens. adv. Socinum p. 38.* ubi aperte istum de resurrectione
brutorum errorem fovet. Mahometistis idem iste error
communis est, de qvib. vid. *Gisb. Voëtius T. 1. disspp. select.*
p. 718. Enim verò verè cruda & bruta, homineqve qvovis
indigna ista Puccii est sententia, qvam & sana ratio, & Scri-
ptura S. tam aperte expludit, ut prolixitate hic non indigeat.
Benè Greg. Nyssenus l. de opif. hom. c. 3. ait: proprium & pra-
cipuum hominis, ac solum à cunctis animantibus est, ejus corpus
post mortem resurgere, & immortalitate donari. Qvod lo-
cum nostrum concernit, neutriqva ille pro Pucciano som-
nio militat: Etsi enim afferat, unum eventum esse hominis
& jumenti, id tamen de externis solùm eventibus, iisqve im-
primis, qvos Salomo sigillatim enarrat, accipiendum esse,
manifestum est, uti inferius id demonstrabimus. §. 9.

§. 9. Occupet extre^{mum} scabies. Prodeat tandem invi-
sum Deo caput, infaustus ille, cui in primis palæstra hæc pa-
rata, Numinis divini divinarumq; doctrinarum hostis ac im-
pugnator, prodeat, inqvam, ATHEUS, qvemq; sibi à Salo-
mone hic repositum credit, luci exponat, gladium. Persua-
sum nimirum sibi habet Atheorum, Epicuræorum, Empæcta-
rumq; colluvies, tale quid se hic invenire, qvo piis mentibus
insurgere, fædumq; suum ac blasphemum, qvem de animæ
humanæ post mortem interitū, resurrectionisq; ac judicii
extremi nullitate, impiè sovet, errorem, stabilire queat. Di-
cunt itaq; Salomonem b. l. ex professō *Instituto Epicurum a-*
gere, apertè q̄ docere, hominē præjumento nulla omnino ex parte
excellere, sed per omnia exadē convenire, unde, sicut moritur
brutū, illa nimirum ratione, ut non necessariò tantū moriatur,
sed & ut nunquam resurrecturum, ita & hominē: Uti brutum Spi-
*ritu tali præditum, qui post mortem evanescat, iniureas, ac anni-
biletur, ita & hominē: omnia & singula, hominis pariter & bruti,*
esse ex pulvere, & ad eundē pari modo reverti: qua propter hominē
non magis, quam bruto, iudicium aliquod divinum exspectandū
*esse. Et, si qui omnino sint, qui animæ humanae credant immorta-
litatē, merito tamen eorū opinionem esse suspectam: quis enim no-
vit, an Spiritus fil. hom. ascendat &c. Hinc ergo: Ede, lude, bibe, post*
mortem nulla voluptas. Insanum hoc jam hominum perditissi-
morum deliramentum examinandum hīc prius atq; repre-
mendū est, anteqvam verā Salomonæ dicti mentem panda-
mus atq; firmemus. Abunde autem satisfecisse nos huic
rei, judicatum iri credimus cordatos, si, contra scopum to-
tius libri Coheleth singi ac torqueri suum ab Atheis interpre-
tamentum, ostenderimus. Egregiè enim doctissimus monet
Mercerus præf. in Cob: Abusi sunt impii homines, prob dolor! hoc
*libro ad impietatem suam adstruendam: ut, qvod illi sibi in ani-
mis suis persuaserant, voluerint Salomonem hīc dixisse, qvod ne*
*unquam quidem cogitavit, susq; de q̄ ac remere ferri omnia, u-
num & eundem esse omnium eventum, stulti & sapientis, hominis*
& pecudis. Quod etsi in h̄c libro dicatur, videendum tamen quo-

modo dicatur, Ecum precedentib. ac seqv. conferendum. In-
civile enim est, ut monente Jure Consulti, particulam aliquam
legis sumere, non perspecta tota lege. Ad argumentum igitur
& Scopum hujus libri revocandi erunt Athei. Ibi vero Salo-
monem nihil minus quam Epicurorum deliria, nihil vero
magis, quam Divini Numinis debitum timorem, judiciumq;
aliqvando futurum, inculcare voluisse, deprehendimus. Au-
diamus Summam omnis doctrinæ, quam ipse S. Salomo au-
diendam monet c. 12. 13: סוף רבר הכל נשע אה אלהים סוף רור ואה שמר כרזה כל האור Satis hisce osten-
dit, ad quod in primis caput omnia ea, quæ totò librō dixerat,
pertineant, quidq; ex eo tenendum omnibus velit. Habebat
sc. in animo rex sapientissimus, edere descriptionem multi-
plicium vitæ humanæ vanitatum, ac tradere præscriptionem
salubrium aliquot vitæ sanctioris prudentiorisq; regularum,
quarū studiō ac praxi omnis vanitatū molestia superanda, ac
ad summam vitæ hujus felicitatem deveniendum esset. Hinc
summā hominis, in hac vitâ felicitatē describit tūm privativū,
in quibus non consistat, sc. non in nimis divitiis, voluptati-
bus, &c. tūm positivū, in quō sita sit, in filiali nim. honore ac
timore DEI, &, quæ inde fluat, hilari & tranquillâ fruitione
eorū, quæ divina nobis largitur providentia. Et quamvis hac
omnia tam mirā partium per tractatione permisceat Salomo,
at judicissimi quiq; interpres non ubique accuratam dis-
positionem in hoc libro investigare se potuisse, fateantur;
in omnibus tamen & singulis ad Scopum præfixum colli-
mat, qui (ut accuratis B. D. Geieri verbis præf. p. 6. utar,) est,
terrena contemnere, presentia tranquilli usurpare, Deum vero
in primis juxta præscriptum verbi filialiter venerari. Pium
ergo hunc scopum libro suo dum posuit Salomo, numne
maleferiatis Atheis credendum, eum in prælenti nostro ora-
culo è diametro illi contraire voluisse? Num credendum,
eum, qui C. 12. 7. dicit: Spiritus revertitur ad Deum, qui de-
dit eum; hic, argumentis exquisitis, animæ immortalitatem
ex professo impugnare? Num credendum, eum, qui imme-
diatè

ma Libri
belets.

diate præced. v. 17. dixerat: *Dixi in corde meō, ēussum ē simum
judicabit Deus; & c. 12. 14: Omne opus Deus adducet in
judicium; hie hominum eandem cum brutis resurrectionem,*
h. c. nullam, statuere, judiciumque extremum, resurrectionem
hominum insecurum, disertis verbis negare? Quid
potius, uti alias in subobscuro aliquo & difficulti loco, ad scopum
Autoris recurri semper solet, ac ex clarioribus locis lux
arcessi: ita idem hic vel maximè, attendere decebat; imo
in quamvis aliam potius de loco nostrō explicationem abe-
undum erat, quam insana hujusmodi, scopoque præfixo dire-
ctè contraria mens, Scriptori nostro, adeò gravi, adeò corda-
to, ut non addā ḡeomēv & sacro, affingenda. Satis itaque hinc,
duco, est clarum, Atheorum de Loco nostrō figmentum ac
nugamentum nullā omnino ratione consistere posse. Un-
de & plura non addo, vel tria verba bonitati causæ sufficere
ratus.

CAPUT II.

S. 10. **A** D rem vero ipsam accedamus jam propius.
Adeò nimirum non reformidamus Epicuræum
hocce telum, ut gratulemur nobis potius ho-
stem armaturā ista prodeuntem. Teneat ergo, ac pertina-
citer quidem teneat Atheus hunc gladium, ipsum tamen se
eodem transactum iri certò certius experturus. Ut itaq;
rumpantur ilia ḡeμάχοις, rem ita omnino se habere, age o-
stendamus. En enim argumentum oraculi Salomonæ ge-
nuinum, Atheis satis durum ac exitiale: *Sapientissimus rex
Salomo, ut erat rerum sub sole speculator observatorque, sagacissi-
mus, ita b. l. in primis hominum & jumentorum eventus ex-
ternos data opera meditatur, quos cum utrisque in plurimis depre-
bendat simillimos, & ita quidem, ut nec ipsa anima humana im-
mortalis, qua homo à bestia maximè differt, externis sensili-
busque argumentis doceri cognoscique apodictice queat; ex eo con-
cludit, certò certius superesse solemne aliquod judicii discrimi-
nisque diuinis tempus, quo Deus homines à brutis, imo & à se invi-
tavit,*

item, pios sc̄ ab impiis, discreturus sit evidentiasime. Hanc autem
veram S. Salomonis nostro loco mentem fuisse, quando Nos,
cum Theologo & Philologo incomparabiliter magno, r̄v̄r̄c̄
āxiois, Dn. D. Martino Geicro, Comm. in Cob. b. l., contra A-
theorum catervam confidenter asserimus, dubio procul
probare explicationem illam melius haud possumus, qvām
ex ipsorum Salomoniorum verborum, ad veritatis Ebr̄z
fontem examinatōrum, debita analysi. Ea enim ratione verū
Salomonis sensum in hoc libro indagari optimè posse, dudu
egregiè monet B. Lutherus Tom. V. Alemb. p. 1184. pref. in
libr. scribens : Ich habe mein ganzes Leben durch gar oft an dieses
Buch mit grosser Arbeit und höchsten Fleiß mich versucht, aber ich habe
ihm aus allen Commenten und Schriften der Alten nichts können abge-
winnen/ bislich etlicher massen den Text erstritten/ also ganz war dieses
Buch stracks wider den Text / und wider die Christl. Lehr mit falschen
Glossen gedenket/ und zu Grund verderbet. Und ich danke wahrlich Gott
dem Vater aller Barmherzigkeit/ von Herzen Grund/ daß er mit so rei-
chen hellen Licht dieselegte Zeit begnadet und erleuchtet hat. Textūs
orāPhiā, adeo non urgemus ; haud inviti qvippe largimur,
Salomonem in suo Coheleth non methodum nobis adeò
consuetam, satisq; obviām, sed, pro singulari sua, qvam di-
vinitūs concessam habebat, sapientia, planē singularem ob-
servasse. Cūm tamen non omnis in universum Coheleth
denegandus sit ordo, legat, qvem lubet, accuratam Cap. 3. a-
nalyſin ac dispositionem apud B. Geierum sub initium bujus
cap. p. 82. Ex qvo cognoscetur, indicatum à nobis verborum
præsentium sensum optimo nexo cum antec : & conseqv. co-
hærere; tantum abest, ut ulla ratione iis vel contraire, vel ma-
lè assui, dici jure queat.

S. ii. Proponitur itaq; præsenti in loco singularis quo-
dam sapientissimi Salomonis, defuturo judicio extremo,
ex certis præmissis, egregiè illata Conclusio. Ubi ordine,
ab ipso Coheleth observato, perpende i. singularem Salomo-
nis Conclusionem. II. Notabilem Conclusionis medium termi-
num seu rationem. III. Luculentam rationis illustrationem seu
declarationem; qvæ summa in oraculo nostro capita age pau-
lo curatiūs jam expendamus.

I.CON.

I. ARGUMENTI CONCLUSIO.

§. 12. *Singularis Salomonis Conclusio* continetur v. 18. inq; ea Conclusionis tūm prefamen, tūm objectum, tūm ipsum Contentū attendendū venit. Bræfamen sīstunt verba initialia: אָמַרְתִּי אֱנִי בְּלֹבֶן, dixi Ego in corde meo. In qvibus verbis brevioribus nobis esse licet, qvia, qvid illis dicat Salomo, satis clarum est. Aperit nimirum illis cordis cogitationumq; suarum singularem σπλαγχνισμὸν, atqve conclusionem, qvam ex præmissis qvibusdam, ritè pensitatis, certòq; sibi constantibus, hominū nimirū & fatis, & factis, & tantūm non omnibus, penes semet elicuerit. Dicere enim h. l. idem est, qvod inferre, statere, pronunciare, vid. c. 6.3, c. 8.14. Dicere verò בְּלֹבֶן in vel cum corde, & tacitam, & sapientem, rebusq; omnibus debitè attentam, animi vel mentis, consultationem denotat. Estq; ve phrasis hæc, dixi in corde meo, Salomoni hoc in libro admodum freqvens, ubi videl. notabilem qvandam mentis suæ deliberationem recenset, vid. c. 1. 16. c. 2. 1, 15. &c. Hoc ergò ait Salomo: Cœpi aliquando cum Ein animo ac corde meo, tacitè cogitare, cogitationes cordis mei inter seſe quasi confabulantes & deliberantes commisi, subdixi, rationem ejusmodi. Patetq; ex verbis hisce satis, Salomonem hic non in aliena, sed in propria persona loqui, nec, qvid alii fortè senserint, sed qvid ipse in corde suo persuasissimum habuerit, innuere; De qvo tamen supra jam monitum est.

§. 13. Objectum Conclusionis seqq. indicant: עַד־דְּבָרָה בְּנֵי־הָאָרֶץ Super negotiō filiorū hominis. Varios hic invertendo pariter & explicando viros celeberrimos comprehendimus. Quidam enim, Salomonem his verbis non tam Objectum, qvām modum illationis suæ indigitare voluisse, censem. Sic sentiunt illi, qvibus ita vertere placet: secundum ductum s. rationem humanam. Ita, ut Syrum taceam, LXX: ἐπειδὴν καρδία μόνη, περὶ λαλίας νίνον τὸ ἀνθρώπος. Eadem ratione verba hæc accipit B. Glassius Phil. S. l. 3. tr. 3. p. 56. (388.) nec non Cl. Hackspan. not. ad b. l. Junius item & Tre-mellius

mellius, simili modo verba vertentes, innotescunt: b. e.
secundum judicium carnis, juxta quod hic loquitur. Volunt
nempe viri doctissimi, Salomonem id dicere, se non jam
propriæ mentis suæ placita, sed stultorum potius, mundoq;
addictorum hominum judicia, enarrare. Enimvero pra-
ter causam istud refugium hic peti, Salomonem sc. h. l. sub
propopœia prodire, suprà ostendimus. Convenientius
itaq; de objecto Salomonæ consultationis verba ea exponunt
Interpretes pleriq;. Vide sis Polum in Synops. Crit. Vol. 2. b.
l. Pereleganter B. Lutherus: Von dem Wesen der Menschen,
Batavi: Ich seyde in myn Herte/ van der Gelegenheit der Menschen
Kinderen. Hac ratione בְּרָהָלַע dum redditur, non sermonis
solum contextus ad mentem Salomonis commodissime flu-
ere, sed & vocum ipsarummet genius qvam optimè expri-
mi, deprehenditur. Particulam namq; יְהִי inter solen-
tiores notationes suas, in primis etiam DE vel SUPER
exprimere, qvis ignorat? conf. Glass. Phil. b. l. 3. tr. 6. p. 772.
notationem inquit De recorū. Rabbinicā. Rōyos
(§ 48.) seqq. Vocem וְנִילָה non Verbum solum ac sermonem,
ex ore vel calamo alicuius profectum, sed & qvam saepissimè rem
verbis enunciabilem, vel negotium, significare, φιλεσεργίος est
notissimum. Exempla passim in S. Literis sunt obvia. Vid.
Gen. 18. 14. Exod. 9. 4. 1. Sam. 14. 12. Amos 3. 7. Ipleq; Cohe-
leth noster aliquoites וְנִילָה eo sensu adhibet, qvam in rem
vid. C. 1. 8, 10. c. 7. 8. c. 8. 1, 3, 5. Imitanturq; Hebreos hac in
parte ceteræ quoque orientales lingvæ. Nam & in Chald. &
Arab. lingvis, ut & apud Thalmudicos, ea vocabula, qvæ Ver-
bum notant, ob servare licet rem s. negotium quoque signifi-
care, qvod non uno exemplo declarat Vorstius in Phil. S. c. 2.
p. 27, 28. Sed nec lingvæ Græcæ indoli puriori id alienum.
v. Matth. 5. 11. Luc. 1. 37. c. 4. 36. Act. 10. 29. qvâ de re nem-
inem pœnitibit legisse B. Erasm. Schmidium in vers. ac nos.
N. T. ad Loc. Act. 10. 31. p. 852. & Luc. 1. 37. p. 484. Hanc jam
rei vel negotii significationem cum vox וְנִילָה, nudè posita, se-
pe sustineat; id tamen in primis tunc contingit, ubi particula
לְהַיְה וְנִילָה immediatè subnexum, ac in regimine positum re-
peritur,

peritur, ita ut רְבָרִי שׁ note propter vel ob negotium, 'de nego-
gesio aut conditione, vel simpliciter propter, causa, ratione,
vid. Gen. 12. 17. c. 20. II, 18. c. 43. 18. I. Reg. 10. 6. Ps. 70. 9. &c.
Et si vero nostro in loco non ponatur רְבָרִי, vel sed sub
alia forma רְבָרָה, idq; in statu regiminis positum, præceden-
te רְבָרָה, eadem tamen utriusque vocis, & רְבָרָה & est ra-
tio, si addideris, רְבָרָה ferè nunquam verbum aut sermonem,
aut negotium, causam, rationem tantum non semper significa-
re, ac (qvæ Buxtorfi in Lexic. annotatio est,) semper ut hic,
formâ sc. constructâ, cum præpositione לְ, reperiri. Job 5. 8.
tamen רְבָרָת in statu affixô, & absq; ve præcedente רְבָרִי pos-
tum, an commodiùs reddatur, sermonem s. eloquium meum,
an v. causam meam, alii dispiciant.. Invenitur &, metri for-
tasse causâ, cum Jod paragogico Ps. 110. 4: רְבָרָת מֶלֶכְיָצְדָק, רְבָרִי,
secundum rationem, ductum, (male enim, & contra textus evi-
dentiā, Jod affixum hic agnoscit Arias, vertens: super ver-
bum meū, vid. Thilo epit. Critic. Locò 154 p. 664, 665.) Aben Esra,
secundum morem vel consuetudinem, nach der Weise / vel, ut
ipse Spiritus S. Ebr. 5. 6, habet: נַגּוֹן מִן תְּמִימָה, secundum or-
dinem Melchisedeci, conf. & Ebr. 7. 15. Ipsí qvoq; ve Salomo-
ni in קְהֻלָה adeò non phrasis hæc insolens est, ut, præterqvam
præsenti in loco, bis adhuc vocem hanc ponat, videl. c. 7. 14.
c. 8. 2. qvæ loca jam non excutimus. — Præter qvæ citata loca
tamen vocem hanc alibi in Sacris vix invènias. Hic vero
רְבָרִי aptissimè redi, super negotio, de negotio, antre, von
dem Wesen/ Thun und Beschaffenheit / Salomonis hoc in
loco institutum satis loquitur, doctissimiq; Interpretes a-
gnoscunt. Qvòd subjicit Salomo: בְּנֵי הָאָדָם filiorum ho-
minis; idem id est, ac si simpliciter dixisset: hominum. Estq;
vox אֲדָם h. l. nomen speciei, designans omnes omnino ho-
mines, contradistinctos brutis, id qvod ex facta h. l. inter ho-
mines & jumentum oppositione abunde est manifestum.

§. 14. Hoc circa Objectum singulare quid cùm con-
cludat Salomo, ad ipsum Conclusionis Salomoneæ contentum
justo ordine jam devehimur. Hic vero inprimis trepidet

ac contremiscat Atheus, deprehensurus aliud omnino, quād
quod putaverat. Verba Salomonis ita in Hebræo sonant:
לְבָנָת הָאֱלֹהִים וּלְרָאוֹתָה. Jam quidem initio non diffite-
mur, varias hic interpretum deprehendi versiones ac sen-
tentias; imo sic discrepant hic docti, ut Hebræorum prover-
biō **שָׁוֹת לֹא כָּל עֲצָבוּת חַכְמִית** i.e. *non omnes digitos sa-*
pientium æquales effi, hic utaris commodè; vix enim unus
cum altero consentit. Absit tamen ut in eo præsidii quid
inveniat Atheus; perquirant Empæcta versiones ac com-
mentationes eruditorum omnes, feligant teneantq; quād
cunq; velint, nullam sanè (certi sumus) reperient, quæ
horrendam ipsorum blasphemiam stabiliat, plurimas tamen,
quæ eandem evertant. Non licet nobis in adducendis
examinandisq; aliorum placitis occupari, unde sine
ambage, eam, quæ legitima, verbisq; Salomonis apprimè
respondens nobis habetur, statim producimus versionem,
atq; interpretationem, quād tamdiu constantes ac tri-
umphantes tenebimus, donec (quod ad Calendas Græcas
futurum novimus) Atheorum vecors caterva contrarium
firmis ratiociniis evincat. Sic nimirum cum B. D. Geierō
reddimus: Futurum est, ut purget eos Deus, & ut intuea-
tur, quod ipsijumentum videantur sibi, h. e. conclusi, futurum o-
mnino esse aliquod examinis & purgationis tempus, ubi homines
ab hruij, justijs ab injustis discernantur, justusq; judex Deus di-
spiciat, iustretq; homines, eò quod ipsi brutum sunt, h. e. viden-
tur, sibi ipsis. Huc proin ades Athee, quidq; malitiæ tuæ
hic repositum sit, adverte Describit se, Salomo hic futurum
JUDICIUM EXTREMUM, & id tam exactè, ut & *Judicem*, &
actus judiciales, & *causam impulsivam*, accurate delineat. Sin-
gula brevibus exutienda.

§. 15. Judicem Salomo nominat **הָאֱלֹהִים DEUM**.
Non multum autem hic attinet, sed nec vacat etiam, vocis
hujus, nominisq; divini, vel singularem ortum, vel varium
usum, vel notabilem constructionem, vel quæ alia observatu-
alias dignissima in eo occurruunt, has vice disqvire; videsis

et de

¶ de re B. D. Waltherum, *Spicil. Controv. part. 2.* Nobis
jam sufficit, nosse, ipsum Deum ter opt. max. voce אֱלֹהִים
à Salomone h. l. notari, Etenim hunc אֱלֹהִים opponit Salome
אֱלֹהִים humanis, (sic dictis Psalm. 82. 1, 6. &c.) seu judici-
bus inter homines, in qvorum numero non raro reperiuntur, Luc. 18. 2. hincq; pro lubitu amarum dulce, ac dul-
ce amarum ponunt, justificant impium propter munera,
justitiam autem justorum auferunt ab eis; Es. 5. 20, 23. Un-
de publicorum judiciorum perversitatem his verbis demis-
ratus erat ac descripscrat rex Sapientissimus: *Vidi sub sole*
locum judicij, ibi impietas, & locum justitiae, ibi impietas, v. 16.
Huic verò impietati uti v. 17. aliud futurum judicium di-
vnum opposuerat; Ita & nostrò loco, v. 18. in oppositione
judicum terrestrium, & Supremi Judicis pergit, dicitq; ve,
hunc in judicio suo hominem simul à brutis exactè discri-
minaturum. Huncq; cum הַיְדִיעָה vocat אֱלֹהִים ut,
nonnisi Deum ter opt. max. à se notari, intelligatur. Neq;
tamen, voce אֱלֹהִים Deum, *Judicem summum*, designari
híc à Salomone, dum dicimus, *Judæorum placito eō ipso* af-
sentiri nos quis putet, *Elohim nomen judicij esse*, statuentium;
id enim s. *Ortum s. usum* vocis spectes, falsum esse, cum Dn. D.
Pfeiffer in *Loci Ebr. & Exot. N. T. Loc. 17. p. 27.* agnoscimus:
rem potius ipsam respicimus, ubi sc. אֱלֹהִים DEUS ut *Judex*
à Salomone híc sistitur, variiq; actus *judiciales* ei attribuuntur.

§. 16. Ecce enim jam actus etiam Judicis hujus *judiciales*,
qvorum in primis duos Salomo enarrat, *Separationem, & Inspec-
tionem.* Separandi vel purgandi actum sistit, dicens: לְבָרֵךְ,
qvod reddimus: *Futuru[m] est, ut purge[re] eos.* Hoc ut eō melius in-
telligatur, accuratè notanda primō loco vocis עתיד, *futurum*
est, vel ע. est, vel similis voculae, ellipsis; qvam admittit lin-
guae Ebrææ, ipsi Salomoni etiam in ipso Coheleth non insveta
indoles, postulat sensus hoc in loco commoditas, agnoscit vari-
orum interpretum autoritas. Norunt, Ebræa qvi norunt,
Ebrææ non minùs, qvam Græca, Latinæ, aliisq; linqvis, so-
lennissi-

lennissimum esse ac frequentissimum ellipteos, per omnes
orationis partes, in primis vero verbum & participium, ele-
gantem usum. Nec desunt varia ejus exempla in nostro
Coheleth, quod diligentius eundem volventi satis perspi-
cuum evadet. Sigillatim vero ellipsis vocula **עוֹתִיד** futurum
est, sermoni S. non infreqvens esse deprehenditur, tunc in-
primis, ubi occurrit infinitivus, cum praefixo **ל**, quod a nul-
lo praecedente verbo regitur, ibi enim significat debere vel
oportere aliquid fieri, bene monente Ludov. de Dieu cit.
Polo in Synops. Crit. b. l. Clarus locus est Hos. 9.13. Ephraim
vidi ut vidi Sor plantatam in habitaculo, **וְאֶפְרַיִם** לְהֹצִיא **אֶל-**הָזֹבֵב **בְּנֵיו** educere, i. e. futurum est, ut educat, vel, uti
Pagninus recte: Ephraim educturus est ad interfecitorem filios
suos. Lutherus: Muß aber ihre Kinder heraus lassen den
Todtschlägern. Sic Hos. 12.3: Disceptatio autem ipsi Jehovæ
cum Iehuda, **עַל-יְהֻקָּר** **דָּרְכֵי** & visitare, h.e. futurū est
ut visitet, visitaturus est Jacob juxta vias ejus. Lutherus: Dar-
umb wird der HErr die Sache Juda führen/ und Jacob
heimsuchen nach seinem Wesen. Vid. & Esth. 9.1. Imò ve-
rò & Coheleth noster ellipticā hujusmodi locutione plus vi-
ce simplici delectatur. En locum manifestum hoc ipsò c. 3.
15. Illud, quod fuit, jam est, **וְאֲשֶׁר** **לְהִווֹת** **כָּבֵר** **הַיָּה** & quod esse,
supple futurum est esse, vel simpliciter, & quod futurum est, jam
fuit. Eandem constructionem observa praed. vers. 14. &
& adde **וְרֹא** loci nostri, vers. 18. Illum enim
eodem modō supplere, sensus postulat commoditas. Ellipti-
cam hic adesse locutionem, quæ supplemento indigeat, sup-
pono; at melius ea haud complebitur, quam si futurum est,
vel simile quiddam, subintelligendum esse dicatur. Adebet
non solum conditio ista, quam ad hunc sensum Lud. de Dieu,
& exempla adducta postulabant, infinitivus sc. cum praefixo **ל**,
quod a nullo praecedente verbo regitur, sed & sensus Salomonis
ita quam optimè fluit, alias obscurus futurus, ut nemo, dex-
tre judicaturus, diffitebitur. Nec distituitur nostra hac, quæ
futurum est, vel debere, vel oportere, supplendum hic censer,
explicatio,

explicatio, suis defensoribus, interpretibus nimirum, praestantissimis. In fronte pono B. D. Geierum, dignum loci nostri assertorem, felicemque expositorem, quem omnino vide Comme. in h. l. p. 109. Suffragatur eidem versatissimus in S. Philologia Dn. D. Pfeiffer Dub. Ver. p. 754. magnique; ex meritó judicium ejusdem de loco nostro sit apud Matth. Polū in Syn. Crit. vol. 2. b. l. Nec aliter acutissimus de Dieu: Oportet, ut eos illustrare Deus; qui tamen mentem suam ita explicat, ut non immoritò notetur à Magnis. Dn. D. Varenio in Cob. p. 16. Mercerus: Fore, ut eos dilucideat. Drusius: illustraturus est eos. Piscator: Fore, ut declararet eos. Sed & ante hos, LXX. ita: ὅλη Δακτερά αὐτῆς ὁ Γάστος. Alios taceo; addoque; solum Viri summi, qui que vivus gloria posteritatis fruitur, Dn. L. Esdræ Edzardi, judicium, qui itidem eandem versionem mihi commendavit, cui, Artifici in suâ arte, quidni crederem libentissime? Neque tamen nobis adversarii futuri, sed amicè potius nobiscum conspiraturi, si qui eō etiam modō sensum nostrum elici posse sentiant, ut enallage hic statuatur Infinitivi pro Futuro; non enim insolens ista divinis literis est arbuscula, ut Infinitivus pro Futuro ponatur, quod ex 2. Sam. 3. 18. Esai. 5. 5. Zach. 12. 10. aliisque locis, declarat B. Glassius Phil. S. l. 3. tr. 3. p. 636. (361.) seqq. Res utrinque eodem recidit; Ellipsis tamen quam Enallagen malumus. Sed satis hæc de eo.

§. 17. Ipsum id קְרַבָּה attentius jam excutiendum. Præfixum ejus קְרַבָּה, uti alias, ita & h. l. secum vehere ellipsis, per Oportere, debere, futurum esse, aut simile quid, explendam, præc. §. diximus, Verbum ipsum autem sine dubio radicem agnoscit non קְרַבָּה, quod AbenEsra placet, sed expurgavit, declaravit, purificavit, perficie ostendit, sedulè examinavit, ut in Isrā c. 9. 1: Totum hoc posui in corde meo, קְרַבָּה ad examinandum, ad declarandum exactè. Significat & eligere, feligere, segregare, ut Ezech. 20. 38. Ponitur autem h. l. in Infinitivo. Neque enim AbenEsra commentum placet, qui exponit per Præteritum, præfixum que קְרַבָּה per לִאשֵׁר, sic, ut קְרַבָּה delegis eos, sit pro קְרַבָּה, uti forte קְרַבָּה derexit

605

eos, dicitur prd בְּנָה; Etsi enim Aben Esra dicat, τὸν imi-
tari hāc ratione τὸν pro γένε, & τὸν, Præterito præfixa: id
tamen præter morem fieri, ipse agnoscit, unde Mercerus re-
ctè ejus sententiae addit: *Anomaliam non ita extendendam*
reputo, ubi commodius dici potest juxta Grammaticam. An verò
τὸν בְּנָה positum dici debeat in Kal Infinitivi, cum Mercerò,
an in Piel ejusdem, cum B. Geierò, non contentioù cum quod-
quam litigabimus; in Piel tamen intensorem significatum
obtinebit, ita ut exacta, diligens, accurata, omnibusq; ve-
ra purgatio & segregatio hīc innuatur. Suffixum autem ver-
bale בְּנָה, antè nominatos אֶרֶבֶן, ceu *Objectum personale*
Judicii extremi, respicit; quod clarum. Cæterū eō ipso pri-
mus judicii extremi actus delineatur, Separatio nim. vel pur-
gatio, qvā homines, & à bestiis, & à se ipsis invicem, pii sc. ab
impiis, satis manifestè purgandi sunt atq;e discriminandi.
Etenim in hac vita dum adhuc nos mortales versamur, non
homo solū & jumentum qvoad externa qvā plurima
convenire, parumq; ve vel nihil discrepare deprehenditur,
sed & mali bonis intermixti vivunt, ut ne' centesimus qui-
dem sit tam bene perspicax, ut exactè dignoscere eos valeat,
imò verò pii s̄enumerò reputentur, qvi sunt impii, impii
verò qvi pii. Enimverò hāc hominum cum brutis, hāc
piorum cum impiis convenientia, in die pantrocritico pe-
nitus exactèq; est tollenda. Purgandus ibi homo à bestia,
hujusq; conditionē, ab illius, longissimè distare, perspicue o-
ftendendum: purgandus pius ab impiο, nou secus ac frumen-
tum purum à gluma, lolioq; infelici, attentâ curâ segre-
gatur, qvo de negotio adhibitum בְּרַנְדָנוּ nostrum legimus Jer.
4. ii. Unde elegantissimè Salomo hīc idem illud exprimit,
qvod CHRISTUS in eglesia sua, de sparsa inter triticum Li-
zania, parabola, Matth. 13. 30. & in accurata processus extre-
mi judicii descriptione, de Pastore, separante oves ab hædis
fætidis, Matth. 25. 32.

§. 19. Seqvitur actus judicialis alter, vid. *Inspectio*,
notata Salomonivoce נָאֹתְלִי & ut intueatur. Eadem hīc, qvæ
antea

anteā in **רְבִיעַ**, est constructio ; tūm qvoad infinitivū, tūm qvoad præfixū **רְ**, unde & , qvæ ibi notabamus, huc qvoqve trahenda. Præfixum superadditur, ut connexa sit oratio. Etsi autem latissimè aliàs hujus præfixi pateat significatus, & in Conjunctionum etiam classe is sit varius ; commodior tamen nobis h. l. primaria ac sollennior ejus notatio, qvæ *copulativa* est, videtur, ita ut conjunctionem cum præcedente **לִכְרֹם** indigitet, qvem in sensum etiam interpretes tantum non omnes consentiunt. *Inspectio* autem ipsa sistitur vox **רָאַת**, qvæ & alibi səpè, & hic etiam emphasi non caret. Simpliciter notat *Videre*, *Aspicere*, &c. Transfertur vero etiam à visu, ceu acutiore reliquis, ad alios qvoq; sensus, tām *exteriores*, ut ad Olfactum, ubi significat *odorare*, ut Gen. 27. 27. ad Tactum, ubi *sentire* designat, ut Ex. 44. 16, &c. qvām ad *intiores*, ad internum sc. animi ac intellectū oculum, nec minus ad ipsam etiam voluntatem, ubi fruitionem ac perceptionem rei alicuius, & qvidem voluptuosam, cum approbatione nim. & delectatione conjunctam, infert. Eadem ferè ratione, uti *Scire*, est, rem cognitam ac scitam approbare, curare, &c. Eō modō **רָאַת** usurpatum offendit Psal. 22. 18. Cant. 6. 12. Obad. v. 13. &c. ac in Coh. c. 3. 13. c. 6. 6. c. 9. 9. De DEO ubi adhibetur vox **רָאַת**, ibi v. in primis cum singulari emphasi observanda est, ac non nisi sublimia infert. Qvām emphatica sit in Loco de Providentiā, vid. ap. Chemnit. L. Theol. pt. 1 p. 116. Calov. Syst. Tb. T. 3. p. 1136 Brochman. Syst. Th. Loc. 12. c. 1. p. 515. alios. Nostrō hōc locō, ubi ad singularem DEI, Judicis, severissimi pariter ac omnisciī, in extremo die actum judicialem designandum adhibetur, accuratam, modis *qz* ac numeris omnibus perfectam inspectionem ac investigationem infert. Sic n. & aliàs, *Videre*, notat, cum attentione *speculare*, vid. 2. Reg. 10. 3. Matth. 7. 5. 1. Cor. 10. 12. Col. 4. 17. Glass. Phil. S. l. 3. tr. 3. can. 14. Non n. Deus in die pantocritico perfunctoria intuitione, sed accuratissimè solidissimèq; singula & facta, & dicta, & cogitata hominum qvorumvis expendet, ita ut nullum omnino eorum, quantillum etiam

D.

illud

illud fuerit, omniscium ejus Scrutinium sit fugiturum. cons.
Coh. 12. 14. Imò verò & prætereà affectum, tām benignissimē
favoris divini, ratione fidelium ac piorum, qvām severissimā
irā, ratione Infidelium & impiorum, in judico ultimo ex-
erendum, includit hæc lūstratio. Etenim, si DEUS in hac vita
non nudus hominum rerumq; humanarum speculator est,
sed ejus visionem affectus semper, isq; pro objectorum di-
versitate diversus, comitatur, uti v. g. videt piorum fidem,
bonaq; opera, & benignā tangitur complacentiā; intuetur
oppressionem eorundem, & tenerima afficitur misericor-
dia, opitulandiq; promptitudine; cernit impiorum perversi-
tatem, & severissima movetur displicentia ac indignatione:
Multò magis id ita è ημέρᾳ καὶ ἡών comparatum erit. Intue-
bitur ibi Judex summus piorum fidem, ac ex saluberrimā hac
scaturigine promanantes rivulos gratissimos, pietatis exer-
citia; & benignè placebunt; vitaq; æternæ, gaudioq; inen-
narrabili adjudicabit eosdem: Intuebitur verò & impiorum
incredulitatem, ac ex venenata ista radice propullulantes
fructus nocivos, mala opera; morti q; æternæ cruciatuq; inef-
fabi adscribet eosdem. En sic S. Salomonis succinetam &
brevem, sed egregiam ac elegantem judicii extremitati, actuum-
q; judicialium delineationem.

S. 19. Adjungit verò Salomo etiam judicii hujus cau-
sam impulsu[m] s. quid moveat Deum, ad istud judicium
in dñu[m] Ed, qvōd ipsi jumentum videantur sibi. Ea nimurum,
proh dolor! post deplorandum protoplastorum nostrorum
lapsum, hominum rerumq; humanarum depravata sub so-
le facies est, ut, sive hominem, sive bestiam, nudis rationis
corruptæ oculis, inconsulto ac posthabitò Scripturarum di-
vinarum oraculo, spectes, exiguae inter utrumq; ve, qvoad
casus externos, deprehendas differentiam. Hinc jam homi-
nes sibi ipsis jumentum videntur, h. e. eo tandem cogitatio-
num eveniunt, ut, nulla omniò ex parte se à bestiis dif-
ferre judicent, imò verò & qvoad conditionem animæ bru-
talitatis, in morte cum corpore intrecentis, ex alse convenire,
nec

nec magis hominem, semel mortuum, resurrectum, iudiciorum; extremi censuram experturum, quam jumentum. Quid dum ita secum statuunt homines, paulatim ac sensim, mox vero & pleno impetu, in quodvis viræ sceleratae ac voluptuosæ genus ruunt, indulgendum in hac vita ventri suo, carnisq; desideriis omnigenis, quantum libet ac licet, existimantes, quia post hanc vitam eo carendū. Hinc iste Epicuræ porco dignus grunniens: *Ede, lude, bibe, post mortem nulla voluptas. Edamus, bibamus, cras enim moriemur.*, Es. 22. 13. 1. Cor. 15. 32. vide & Sap. 2. 1. seq. Et ut est apud Lucretium in lib. ... poster. contra Symmacum p. 288.

*Nam, si tota mibi cum corpore vita peribit,
Nec poterit superesse meum post funera quicquam,
Quis mibi regnator cali? quis conditor orbis?
Quis Deus? aut quæ jam merito metuenda potestas?
Ibo per impuros servente libidine luxus?
Incessabo erroris, sacrum calcabo pudorem, &c.*

Ast, enormis haec, ac cum extrema malitia conjuncta mortalium stupiditas, provocat acceleratique; sibi divinum judicium. Videns n. eam Deus, decernit, solenni eam aliquando ac evidenti ratione castigare, solidaque; dilcriminatione ostendere, quam omnino magna hominis præjumento, & priori etiam præ impiis, præstantia sit atque; excellentia. Eandem causam impulsivam judicii extremi pandit Paulus i. Thess. 5. 3. & Petrus 2. ep. 3. 4. Si quis in verba Salomonis ita etiam explicare vellet, quod in iis exponatur res judicata, scilicet objectum judicii extremi reale, insignis nimis ille hominum error, quo bruta similitudine videntur, nec non brutalis eorundem vita; non refragabimur. Unum n. alterum includit & supponit: hominum ignorantia & malitia Deum ad judicandum movet, & ipsa etiam a DEO judicabitur. Prius tamen magis respexisse videtur Salomo. Et haec erat Salomonæ Conclusio, quoad praefationem, objectum, & Contentum.

II. CONCLUSIONIS RATIO.

¶. 20. Sequitur Conclusionis hujus notabilis medius terminus, s. ratio.. Ubi dubio procul operae pretium facturi sumus, si ordine ipsum prius medium terminum , tum & ejusdem vim ac valorem, perpenderimus. Ipse medius terminus continetur potissimum illis ipsis verbis , qvibus causam impulsivam iudicii extremi proponit Salomo : **שָׁהַם בְּחֵמָה הַתָּה שְׂדֵה**. Nota itaq; medii termini, ad inferendam Conclusionem à Salomone adhibiti, est prioris vocis præfixum **וְ**; Unde illud sit, & qvid importet, vid. Glass. Phl. S. l. 4. tr. l. p. 847. (647.) Cùm verò non raro **וְ** **בְּחֵמָה** notet **qvia, qvèd,** ut Jud 6..17. Cant. l. 6. eādem ratione h. l. etiam optimè reddi, est sine dubio. **תְּהִנָּה**, cui **וְ** præfigitur, respicit, vi demonstrativæ suæ significationis, **בְּנִירָאָה Homines**, de qvibus jam jam locutus erat Salomo. His autem porrò oponit **בְּחֵמָה, jumentum, bestiam.** Vi etymi sui qvid propriè noteat, qvomodo item à **חֵרֶה & רַמְשָׁה** differat, eleganter utrum expeditum vid. ap. Cl. Bochartum Hierozoic. pt. l. c. 2. p. 5. & Hottingerum in exam. hist. creat. qu. 84. p. 230, 231. nec non Buxtorff. Lex. Talm. voce **בְּחֵמָה**. Nos jam solū, factam h. l. inter hominem & **בְּחֵמָה** oppositionem advertimus, notamusq; , Salomoni animal s. brutum qvodvis, non domesticum sc. Et cū tantum, sed & agresti ac ferum, designare, hoc n. significatu, in tali oppositione, gaudet, uti locus clatus est Psal. 36. 7. Non incongruè a. præterea Piscator, Varabius, Prücknerus, & Geier, monent, deesse hic **o** similitudinis, ad complendum sensum voci **בְּחֵמָה** addendum, h. m. quasi, vel sicut brusum; qvæ **וְ** **o** ellipsis Literis S. non infreqvens est, conf. Job. 11, 12 Prov. 5. 19, &c. Subjunctum a. pronomen **תְּהִנָּה**, videtur h. l. positum pro verbo substantivo sunt, uti id & alibi contingit. Certè, verbum substantivum subaudiendum esse, sensus poscit; unde, ut alibi sèpissimè, (vid. Glass. Ph. S. l. 3. tr. 3. p. 667. (403.) h. l. supplendum, ita : **qui ipsi ceu bestia sunt.** Insuper observa, qvòd, uti alias esse & videri alternatim non raro sumuntur, ita & hic id procedat;

sic

Sic n. sensus hujus loci fluit optimè, & sequentia in primis
verba cum præcedentibus concinnè cohærent. Qvamvis
nec illam explicationem rejiciamus, qvæ beluinos hominum
mores hic respici censet, ubi sc. homines studiis & factis bru-
ta imitantur, alter alteri involat, alter alterum dilaniat ac
vorat, bestiarum more, qvod dicitur, *bomo homini lupus*; un-
de Herodes dictus *vulpes* Luc. 13. 32. & *Judæi vipersæ* Luc. 3. 7.
qvæ expositio Junio, Pembello, aliisq; placet. Ultramq; ex-
planationem conjungere licet, cùm optimè stare invicem
possint; homines n. brutis similes sibi videntur, & ex isto
errore paulatim etiam brutalibus se dant moribus. Viden-
tur a. homines bestiæ *סְנָה* sibi, h. e. apud sc, suo judicio,
Drusius censet, sibi h. l. redundare ex Ebraismo, cùm & ab
antiqvis interpretibus omissum fuerit; ast rectius procul
dubio aliis interpretibus emphasis ejus attenditur: *sibi ipsis*
n. depravatæ rationis judicium sequentes homines, bestiæ
videtur, non æqvæ a. & omnibus aliis, non paucin. oculis,
divini verbi luce collustratis, rem intuentes, longè aliter
eam se habere judicant.

§. 21. Ex dictis talis verborum sensus emergit: *Quia*
ipsi (homines) *ceu bestie sunt* (& videntur) *sibi*. Sic ergò argu-
mentatur Sapientissimus: *Quoniam in hoc mundo tam per-*
versè, confusè, ac inordinate geruntur omnia, sic, ut non tantum
accidat justo, ut injusto, sed & inter homines & bruta, quo ad na-
turalem vitam, externos casus, indecentes mores, inevitabi-
lem mortem, nullum ferè animadvertisatur discrimen, indeq; vi-
deantur sibi homines similes bestiis, imò & bestiarum more inter-
se vivant, cùm tamen homo ad DEI imaginem, decentemq; ejus
cultum acreverentiam sit conditus; ex eo conclusi, restare omni-
ndo aliquod tempus, quò Deus, solenni ac evidenti segregatione
& inspectione, hominem à bruto, pios itidem ab impiis, interval-
lo longò distare, luculenter ostensurus sit. Longè meliore nim,
ac saniore mente pensitabat Salomo fata ac facta externa
hominum, cum brutis in hac vita communia, qvam Atheon-
rum malesana caterva, Utī n. hi alias, ceu sues, ventriq; ve-

obedientia pecora, ea solum, qvæ pedibus obversantur, speculantur, altius v. mentem vix attollunt; ita & hic eadem, h. e. homine rationali penitus indignâ attentione, suos cum bestiis communes eventus meditantur; sic namq; verè brutaliter inferunt: Qvia conditio hominis in multis externis cum bestiarum conditione convenit, E. & in omnibus, E. & in internis, E. homo semel mortuus non magis resurget, quam vel porcus, aut bos, aut canis interfectus. Qvam ineptissimam collectiōnem elevare satis poterat vel ipsa rationalis animæ, qvā p̄ bestiis p̄diti vivunt homines, recordatio, nisi omni rationis usū privare & exuere semet laborarent Athei. Quantò felicius Salomo procedit! Illum debita miseriae confusiō rerum humanarum statūs speculatio eō dicit, ut judicium divinum, confusionem istam direm turum, inde arguat.

§. 22. Neq; v. vi ac valore insigni destituitur Salomonæ ista collectio, qvīn potius firmiter probat id, qvōd probare debebat. Piā idjam meditatione dignum. Neq; tn. illud in gratiam Atheorum, qvorum sanè blasphemis abunde jam à nobis eō satisfactum est, qvōd, Salomonem futurum judicium divinum hic inferre, demonstravimus, qvicqvid etiam sit de valore rationis, qvam in istam rem Salomo adhibet, qvo de rationem à nobis exposcere, Atho minimè est integrum. Non n. in ea jam cum Atheis palæstra stamus, ut vel præsentium verborum, vel totius S. Scripturæ, cujus verba hæc sunt particula, autoritatem ac veritatem (qvæ piis satis constat,) asseramus, sed, ut verum tantum verborum Salomonis sensum eruamus ac indicemus. Ex concessō contra pios hic agunt Athei, largientes, Salomonem h. l. vera dicere, sed talia, qvæ Epicuræorum placita stabiliant. Nos concessum teneimus, Salomonem a. contra Epicuræorum placita hic disputare, evincimus: cum jugulato itaq; hoste nil amplius nobis negotii. Piā tn. ac decenti scrutinio si rem indagamus, firmissimo medio termeno usum esse Salomonem, reprehendimus. Ubi primò tenendum, non mirum videri debet, qvōd Salomo hic per modum rationis & medii termini agat;

gat; id n. aliis etiam viris ~~je~~omne^{us} non infreqvens, ut pote
qui non solum utuntur principiis & axiomatis nudis, sed eti-
am argumentis, in quibus conclusiones eliciuntur ex prin-
cipiis, ut Matt. 22. 21, 32. 1. Cor. 15. 20, 21, 22, &c. vid. Alting.
in *Log. Theol.* c. 2. §. 7. Nec tñ. Salomo in hac argumentati-
one sua considerandus simpliciter ut homo sibi soli omni-
modè relictus, sed ut simul Spiritu S. verboq; divino collu-
stratus. Ut nudus sibi q; soli relictus homo, habebat Salo-
mo, ceu cæteri homines omnes, cordi suo inscriptum ~~pro~~^{re}g-
is; cui notitia DEI naturali *insita*, præterea etiam, ex dili-
gentiori creaturarum inspectione, accedebat notitia DEI
naturalis *acquisita*. Ex hac itaq; luce, non solum Deum,
sed eundem etiam omnipotentem, veracem, ac in primis ju-
stum & sapientem esse, cognoscebat. *Justitiam* ut tale DEI
attributum concipiebat, quò non ipse DEUS tantum in se re-
ctam voluntatem haberet, sed etiam id, quod rectum est, à
creaturà rationali exigeret, bonis præmium, malis v. pænas
decernens. Sapientiam DEI in eō in primis hic pensitabat,
quòd hominem præ bestiis longè præstantiorem, ac ad cultū
suum animā rationali præditū, creaverit. At v. cùm in præsen-
ti vita, perversa adeò ratione gerantur omnia, ut non tantum
piis subinde male, impiis contrà bene sit, sed etiam bestiæ ho-
mini in externis, si non aliquando præstantiores, saltem si-
miles, videantur; ex eò Salomo (per istud naturæ lumen) pru-
denter, probabiliter, & generaliter colligere poterat, restare
aliqvod tempus, quò Deus, *pro justitia sua*, pios ab impiis, ac,
pro sapientia sua, homines à bestiis, aperte diliminaturus es-
set. Idem ipsum hoc verò longè clarius, apodictice, & specialiter
collectum, ac creditum habebat Salomo, ut homo verbō
DEI illustratus, deq; omnipotente DEI voluntate
certus, nedum ~~de mē ualit~~ ~~ay~~ ~~peccauerit~~. Quæ de Au-
tore hujus conclusionis idem bene notanda, quia, si vel ma-
xime ea apodictice non argueret, ubi ab homine irrege-
nito, nudæq; rationi suæ relisto, prolata esset, à Salomone
ramen, ceu homine regenito, verbōq; DEI illuminatō, addu-
cta,

Ita, pondere gaudet maximo; Hic enim rem debitè excutere
poterat, qvod illi denegatum, valetq; hic adeò illud: *Duo cùm*
faciunt (imò & dicunt) idem, non est idem. Sic, quando ad
Objec̄tum Salomonæ illusionis devenimus, qvod ex unâ parte
est **HOMO**, hunc verò, verbô DEI edoctus, sciebat, ita excel-
lentissimum à DEO esse conditum, ut non tantum animâ ra-
tionali præditus, sed & ad imaginem divinam creatus esset;
prout nim, imago ista consistebat in excellenti conformitate
hominis cum creatore, qvo ad sapientiam, justitiam, immor-
talitatem, & majestatem. Ac licet haud ignotum esset
Salomoni, protoplastos nostros, per fædam suam à Deo de-
fectionem, se & suos posteros concreata hâc divinâ imagine
penitus privasse, ac contrâ in omnis generis peccatorum &
malorum barathrum præcipitasse; optimè tn. etiam norat
immensam illam DEI optimi misericordiam ac φιλανθρωπίαν,
qvâ, supra modum de salute hominum sollicitus, promissione
facta de semine mulieris, οὐ γά aeternō, in assumpta humana
carne caput serpentis contriturō, salutare illud lapsis ho-
minibus medium ostendit atq; obtulit, qvō è miseria sua e-
mergere, in gratiam Dei redire, cumq; eo feliciter reduniri
possent. Qvod ipsum uti omnes omnino homines, nemine
excepto, concernat, ita, qvi ritè eo utantur, actu ipso gratiæ
hujus participes reddi, Deo per fidem in Messia meritum
reduniri, regenerari, justificari, renovari, ac sanctificari, fieri
templa & habitacula Spiritus S, verbô, reddi κατανοεῖσθαι φύ-
σεως, felicissimōq; τερπίσματο bonorum futurorum coelesti-
um in præsentijam hac vita frui. Qvibus omnibus imma-
ne quantum distant homines à BESTIIS, qvæ hîc ex altera
parte *objec̄tum* Salomonis sunt. Eas a. (bestias sc.) sciebat
Salomo, in nullo eorum cum homine convenire; Sciebat,
eas adeò non ad Dei imaginem conditas esse, ut ne qvidem
anima rationali gauderent, sed potius ζῷα ἀλογα essent, qvæ
in hominis vel alimentum, vel servitia, vel delicias, vel alia
commoda, destinata, qvo sine obtento & ipsæ penitus esse de-
sinarent, neq; enim & in bestias propriè cadere vel virtutem,
vel

vel peccatum, & proinde nec reportaturas eas esse præmia;
aut supplicia, eorum, qvæ in vita sua peregerunt, sed animas
potius eorum unà cum corporibus penitus extinctum iri. E-
nimverò, et si disparem adeò hominum & brutorum condi-
tionem cognosceret Salomo, animadvertebat tamen, paucis-
simos hominum id secū volvere, plurimos verò sibi invicem
videri velut jumentum, tamq; abjectè de se ipsis, juxta per-
versæ ac carnalis rationis judicium, sentire, qvæsi nulla ratio-
ne ab eo different, imò verò & ratione ipsius animæ, cum
corpore intereuntis, cum eō consentirent; Unde & verè bru-
taliter inter se vivere satagerent, vitamq; bestiæ, non homi-
ne, dignam viverent. Porrò, huic errori ac malitiæ homi-
num, videbat Salomo occasionem dari, ex hominum & bru-
torum, qvoad externos casus, convenientiâ, qvam tantam
deprehendebat, ut nonnisi iis, qui clariore, qvam obscura
~~cæcæ~~ rationis luce, gauderent, verum utrorumq; discrimen
cognoscere liceret. Hinc v. 19, 20, 21. prolixè de eâ conve-
nientiâ differit. Qvod studiosè observ. qvia Salomo non ex
nudo errore hominum, qui sibi bestiæ videntur, futurum ju-
dicium infert, sed potissimum etiam ex misera ista hominum
ac brutorum in vita hac confusione, occasionem isti errori
præbente, qvam propterea solenni discrimine aliquando tol-
lendam colligit. Deniq; & illud probè attende, Salomonem
non ex omni promiscuè hominis & bestiæ in hâc vitâ con-
gruentiâ futurum elicere judicium, (qvid n. prohiberet, ho-
minem in qvodam tertio bestiæ esse similem?) sed ex ea in-
primis, qvæ hominis p̄t̄stantiæ contrariari videtur. Ea a.
potissimum hæc est, qvòd homo, & qvè ut bestia, necessariò
moriatur, inq; pulvrem redigatur, cùm tñ, homo ad Dei
imaginem, vitamq; adeò æternam, conditus sit, bestia non
item. Nisi ergò homo aliquando iterum ad vitam resusci-
tandus, sed æterno terræ pulvere condenodus esset, ut bestia;
vix verum credi posset illud, qvòd homo ad imaginem DEI
conditus esset.

S. 23. Qvibus ita observatis, eō melius intelligitur

ratio consecutionis in argumento Salomonæ. Duplex in-
primis connexionis suæ vinculum necesse dici potest Salo-
mo, alterum à Sapientiâ, à justitiâ divinâ desumptum alte-
rum. Arguit, inquam, ex divina Sapientia, cum quâ consi-
stere nequit, Deum frustrari creationis suæ fine ac intentio-
ne. Deus namq; sapientissimus hominem ita condidit, ut
esset omni ex parte excellentissimus ; creavit eum è à Ph-
œnix, ad conditionem incorruptam, ut ita imaginem Con-
ditoris sui non solum Sapientiâ, justitiâ, & sanctitate, sed &
à Phœnix & immortalitate, referret, perpetuòq; cultu Deo
serviret. At, ubi jam post lapsum ista hominis excellentia ?
Nonne, ut jumentum moritur, ita moritur & homo ? Ex-
cidisse ergò Deus omnisiapiens videri posset fine ac consilio
creationis sua, ni post hanc vitam restaret alia, judiciumq;,
quod hominem à brutô exactè discriminaret. Qvamvis n.
invidiâ Diaboli intravit mors in mundum ; baut in. conve-
nit divinæ bonitati, sapientie, ac potentie, (verba sunt B. Ger-
hardi Loc. de resurr. mort. S. 23.) permittere, ut finis creationis
hominis penitus intervertatur, ac consilium DEI per astutiam dia-
bolicam evertatur, alias n. finita diaboli potentia infinitam Dei
potentiam superaret, ac malitia diaboli plus posset ad destruendu-
m, quam infinita Dei bonitas ad restituendum, inde etiam
per Christum mediatorem voluit fieri dñmngm, quippe qui
mortem absorpsit ac destruxit Eſ. 25. 8. ac vitam & à Phœnix nobis
illucescere fecit 2. Tim. 1. 10. quâ ratione homo finem illum
propter quem ab initio fuit conditus, consequitur, & vi-
ta eterna, non solum anima, sed & corporis respectu, particeps i-
zerum redditur. Huic connexionis rationi accedit & alia, ex
divinâ justitiâ desumpta. Justitia divina requirit, ut bonis
benè, malis a. malè sit. At v. in hac vitâ homines sibi invi-
cem sunt bestiæ, moribus vivunt bestialibus, est homo ho-
mini lupus, alter alterum invadit ac ludit, & tamen rarissimè
brutales isti homines impietatis suæ pñnam hunc debitam ;
rarissimè quoq; pii & saniores, qui bestialem istam vitam a-
versantur, pietatis suæ sorte externe fruuntur in præsentâ
vitâ :

vitâ: Imò sic sápè res agitur, ut in hòc mundô impiis, omni-
q; se celorum genere coopertis, omnia ex votô fluant, piis
contrâ adversa qvævis eveniant, adeòq; nec illorum ultiō,
nec horum remuneratio hic locum habeat. Ex cõ proinde
firmissimâ ac infallibili consecutione relinqvebatur Salomo-
ni, superesse novissimum & universale judicium, qvô Deus
hominum transactam vitam accuratè iustraturus, pios ab
impiis exactè separatus, hisq; promerita supplicia, illis a.
gratuita præmia redditurus sit. Eòdem mediō termino pau-
lò etiam antè usus erat noster Salomo, v. 16, & 17. Qvam
conclusionem, ceu firmissimam, Apostolus quoq; indice qvâsi
digitô monstrat 2. Thess. 1. 6, 7. conf. 1. Cor. 15. 57. Cum q;
ipsô hòc ratiocinio, à justitiâ divinâ desumpto, nec ipsi
Ethnici destituerentur, haud mirum, saniores eorum pluri-
mos in judicii extremi notitiam aliquâ pervenisse. Unde n.su-
am Rhamnusiam, fandi nefandiq; ultricem, unde suos Æacos,
Minoas, Rhadamanos, &c. apud inferos judicaturos, finxere,
qvàm qvod umbram qvandam veritatis, de futuro post hanc
vitam judicio, contuerentur, et si multiplici talorum fig-
mentorum caligine eandem involverent. Paucis itaq;
Argumentatur Rex sapientissimus ad futurum judicium à
causa ejusdem impulsiva, eaq; tām ῥεγνατ̄ ἐργάζειν s. externa, qvæ
est hominum stupiditas, & incorrigibilis error, ac malitia,
qvàm ῥεγνυγεύειν s. internâ, qvæ est & sapientia divine, fine
creationis (imò & regenerationis) frustrari nesciæ, ratio, &
justitia divine equitas, reqvirens, ut cuivis reddatur secun-
dum opera sua, s. bona, s. mala; ex qvibus omnibus utiq; fir-
ma ac valida Salomonis nascitur collectio. Et plura fortè in
illatione hâc Salomonæ connexionis latent vincula, qvæ v.
aliis indaganda jam relinqvo.

III. RATIONIS DECLARATIO.

§. 24. Pergit Coheleth, rationisq; suæ luculentam sub-
jicit illustrationem s. declarationem, v. 19, 20, 21. Ubi totus in
eo est, ut manifestam reddat anslam, occasionem, & origi-
nem, recensit à se erroris, vitaq; etiam brutalis hominum

plerorumq; vel, qvid eos inducat, ut ita sentiant & vivant,
nempe, qvia vident, se cum jumento iisdem subjacere casibus. Ita v. mentem suam exponit rex venerandus, ut de simili hominis & bestiæ eventu loquatur primò quidem *in genere*, dein verò & *in specie*. In genere ait : **כִּי מְקֻרָה בְּנֵי-** *הָאָדָם וּמְקֻרָה בְּבָתְחָה* *qua eventus fil. hominis, etiam eventus jumenti.* Connectit Salomo verba hæc cum præced. per conjunctionem **כִּי**, qvæ causam reddit vel rationem, antecedentis propositionis : *Homines sibi bruta videntar; jam additur: qvia vel nam eventus fil. hominis etiam eventus jumenti, q. d: non est, qvòd mira cui videatur bruta ista mortalium plerorumq; opinio & vita, rem n. debitè perqvirenti clarum evadit, per venire id inde, qvia isti homines externos solùm suos & jumentorum eventus intuentur, ibi v. se à bruto nihil vel parum differre, deprehendunt. Est n. homini & bruto similis **סִכְרָה** *casus, conditio, accidens.* Quid propriè notet vid. Dn. D. Scherzer *Syst. Theol. Loc. 2. p. 46.* Hic in regimine cum **בְּנֵי-הָאָדָם**, & mox etiam cum **בְּהַטָּה**, ponitur, singulari v. ratione ac anomalicè punctatur cum Sægol, cum ordinariè habere deberet Tseri, ut suprà c. 2. 15. Movit id R. D. Kimchi, ut, cum patre R. Joseph, statueret, **סִכְרָה** h. l. non esse construētum, sed absolutum, h. m: *qvia homines sunt res fortuita, ē semig bestiae.* Alienissima hæc videntur Mercero; nisi forte ita accipiatur, *fortuitum esse homines & bestias*, i. e. multa evenia utrisque impendere, *& in horas ac momenta singula evenire*, ut c. 2. 23: *hominis dies omnes sunt dolores*, per metonymiam, i. e. doloribus pleni. Ipse Mercerus itaq; legendum putat **סִכְרָה** per Tseri, uti c. 2. 15. qvò sensus habetur ratio, neglectâ punctuatione Ebræorū, cui, ait, nos non ita putto esse astringendos, ut, si sensus commodior afferatur, non aliud seqnamur. Nos Doctiss. Mercerum suò in his sensu abundare permittimus, imò &, vocem **סִכְרָה** in statu constructo hic possumus esse, cum eo afferimus; vix tamen tutò qvis vestigia eius in eo legat, qvòd punctuationem sacram negligendam, ac, pro Sægol, Tseri substituendum esse censeret: Imò verò pun-*

statu

Etatio Ebræa hic suo loco relinqvenda, extraordinaria autem esse, regulæq; adeò Grammaticæ exceptionem parere, dici potest. Præfigit a. Salomo h. l. alteri וָיְהִי Vav, qvod, ut sensus constet, optimè redditur per Etiam : *quia eventus hominis etiam eventus jumenti.* In qvō significatu¹ alibi etiā reperitur, ut Prov. 24.27. Es. 24.22. &c. Subintelligendum a. eā ratione h. l. esse verbū subst. EST, per se patet ; qvā ellipsis suprà qvoq; §. 20. deprehendimus & indicavimus. Mercerus Vav hoc per ET vertit, exponitq; h. m: *nam eventus hominum ET eventus bestiæ, sc. par est, qvod illustrat ex Prov. 25, 25.* Res cōdē tendit.

§. 25. Et hæc sufficere poterant Salomoni, ad propounderam in genere eventuum hominis & jumenti convenientiam; Enim verò, ut amplissimam eam esse indigitaret, & præterea etiam, rem utiq; sese ita habere, innueret, eandem sententiam mox aliis verbis repetit, adjungens וּמְקֻרָה אַחֲרֵי הַדָּבָר. *Eventus unus ipsis.* Satis v. hæc sunt clara, nec, nisi de solius vocis וָיְהִי hoc in loco significatione, tria verba facienda. Varios vox ea aliàs possidet significatus, qvos tantùm non omnes eruditè evolvit Fesselius T. 2. advers. S. l. 10. c. 2. à p. 497. ad 560. Inter alia s̄penumerò nota est non tam iden-titatis individualis, qvām specialis, h.e. significat non unus, sed idem, similis, equalis, qvod ex locis variis illustrat laudatus Fesselius. In nostrō etiam Coheleth ea vocis וָיְהִי significatio hinc inde obtinet, ut c. 2. 14. c. 6. 6. c. 9. 2, 3. Et sic h. l. quo-que sumi, res loqvitur. Non n. eosdem numerò, benè tamen eosdem specie, h.e. similes, & quales, casus, hominem experiri cum jumento, dicere poterat & volebat Salomo. Unde rectè Pagninus: *Accidens idem est eis.* B. Lutherus totam Salomonis mentem breviter, sed nervosè, ita pandit: *Denn es gehet dem Menschen wie dem Vieh.*

§. 26. Sic ergo Salomo de hominis & jumenti convenientia in genere loqvitur, sat omnino latam & amplam eam constituens. Nec tn. qvicquam eo ipso in Atheorum aut Epicuriorum partes concedit, sed sobria omnia sunt, sapientissimoq; rege digna. Qvod ut eo melius intelligatur, probè

obſerv. Salomonem de iis ſolūm, hominis & bestiæ, communi-
bus eventibus loqui, qui externi ſunt, inq; hominum oculi
ſunt incurruunt. Satis id ex eo manifestum eſſe potest, qvia
de talibus eventibus Salomo h. l. diſſerit, ē qvorum intuitū
homines anſam capiunt, ſentiendi, ſe jumento eſſe ſimiles.
Hi a, nonniſi externi eventus ſunt; ad internas n. ſuperiores
hominis conditiones ſi pertingerent inepti iſti cenſores, longe
dignius ac ſublimius de ſemetiſis latuſi eſſent judicium.
Unde & poſteā Salomo, optimus procul dubio verborum
ſuorum interpres, nonniſi exteraſ, oculisq; obviis homi-
niſ & bruti caſuſ, in ſpecie enumerat; innuens, ſe anteā in ge-
nere, etiam de talibus, non v. alijs, locutum eſſe. Qvare,
qvod identidem hoc in libro profitetur & inculcat Salomo,
ſe nim. conſiderare ea, qvæ fiunt שׁמָן מִנְחָה ſub ſole; idem
& hic vel maximè tenendum. In iis, qvæ fiunt ſub ſole, b. e. in
externis, qvæ mundum hunc, vitamq; preſentem concernunt,
ſimilem eſſe dicit hominem & bestiam. Cætera, qvæ alio-
ra ſunt, celumq; & divina ſapiunt, jam qvidem adeò non ſub
cenſum vocat, ut, licet ea, & inprimis conditionem animæ
immortalis, intervallo maximō ſeparare hominem à bestia,
infrā innuat, ex caſib⁹ in. exteriis, ſolaq; ratione, ſciri ea
firmiter poſſe, neget; qvo de inferiū plura. Præterea v. &
cautione opus eſt, ne, qvod Salomo in genere, de congruen-
tia eventuum hominiſ & bestiæ, profert, ad qvosvis eventus
in ſpecie, indifferenter trahatur. De iis qvidem eventibus,
qvos Salomo ipſe pōſt enarrat, res eſt clara, qvos v. præterea
conſtituere qvis vellet, ii non aliter aſſumendi, qvām ſi allati
ſi Salomone ſimiles, pietatiq; non adverſi, deprehendan-
tur. Atheiſ certē non concedendum, ut, præter adductos
à Salomone eventus, qvicq; afferant & comminiscantur;
imò v. reſponſione hac dimittendi videntur iſti homi-
niſ, universalitatem, à Salomone propositam, eſſe accommo-
dam, reſtrictam nim. ad eos eventus, qvos ipſe dein in ſpecie
profert. Et hiſ obſervatiſ, nihil omnino in hiſ verbis eſt,
qvod moovere qvenq; poſſit. De cætero piis meditatio-
nibus

nibus hic suus omnino manet locus, quæq; à cordatis inter-
pretibus, ad illustrandum Salomonem, in genere loquentem,
de hominis & bruti convenientia suggeruntur in specie, æqvō
merito audiuntur animo; qualia v. ap. B. Geier. in b.l.p. no.
B. D. Dieteric. in b.l.p. 611. B. D. Müller, Arbeism. devict. aliosq;

S. 27. Age v. audiamus ipsum regem sapientissimum,
mentem suam, enumeratione communium, inter hominem
& brutum, conditionum in specie aperientem. Ibi v. primō
locō ponit MORTEM: כֶּתֶב כָּתוּב בְּכֶתֶב Comparationis hic
institutæ indices sunt, ex una parte, litera ז, ex alterā, parti-
cula י. Respondent ex sibi, non aliter, qvam apud Græcos
ως & ωτηρ, ρως & ρωτ, præcipuaq; tunc earum significatio
est, ut existentiam unius rei vel actus, ad existentiam alteri-
us rei vel actus, tanq; ad normam vel exemplum, refe-
rant. Nec th. ibi necessum est, ut omnimodam præcisè infe-
rant rei comparatae identitatem, sufficit, qvòd, ex mente &
instituto comparantis, intentam indicent, aliqualem etiam,
in tertio qvodam, congruentiam. Accuratā n. observatione
digna, magnaq; utilitate insignis est ista Flacii regula: Parti-
culæ similitudinis sapè non de modo, sed de facto; non de causa
& ratione, sed de exemplo, non de specie, sed genere; non de omni-
moda & perfecta, sed de aliquali convenientia sunt intelligenda.
Qvæ certè apprimè hue faciunt; non enim exactissimè & per
omnia, sed in certo solum tertio, mortem hominis morti ju-
menti similem esse, innuere vult Salomo, ut mox videbimus.
Subiectum comparationis sunt Homo, & jumentum, utrumq; n.
pronomine demonstrativo הִ, bis posito, respicitur. Cujus re-
petitio hanc observationem parit, qvòd eo positu respondeat
Latinorum HIC, ISTE, ita qvidem, ut prius הִ respiciat no-
men propinquius, uti Latinorum HIC, posterius autem הִ
reflectatur ad nomen remotius, ut Latinor. ILLE, vel
ISTE. Quo eleganti stylo Coheleth noster identidem de-
lectatur, ut c. 6. §. c. 7. 14, 18. c. 11. 6. Sensus est: Sicut mori-
tur הִ Hoc, (jumentum,) ita moritur הִ ISTE (bomo.)
Ipsum Comparationis tertium MORS est: כֶּתֶב כָּתוּב
gvod.

quod communiter ita redditur: *sicut moritur hoc, sic moritur iste.* In Hebræo tn. non est θάνατος per Schurec, sed θάνατος per cholem. θάνατος itaq; h. l. non verbum est, sed potius nomen, in regimine positum, unde propriè ita sonaret: *ut Mors hu-
jus, sic Mors illius.* In re tn. & quæ sensum, interpretes omnes
consentunt, & rectè etiam Megalander noster: *Wie stirbt/
so stirbt das auch.* In morte naturali ergò, quæ, pro-
priè loqvendō, est *privatio vitæ, consequens dissolutionem à
corpore*, homo cum bestia convenit. Gave tn. id nimis latè ex-
tendas, quæsi per omnia mors hominis cum bestiæ morte
congruat, nullaq; omnino in eâ reperiatur difformitas; Ete-
niam si ad statum s. conditionem post mortem, vel ad animam
qvoq; bruti, in morte unâ cum corpore intereuntem, ver-
ba hæc trahere, ac ad hominis animam applicare velis, op-
pidò contrariaberis Salomoni, qui, Spiritum hominis, in cor-
poris cinefactioне, non perire, sed ad Deum redire, infrà c.
12. 7. disertè & sanctè asserit: imo & hoc ipsò c. 3. 21. Unde de
convenientia tantùm externa, quamq; oculi & ratio, sine ver-
bo DEI, assevi valent, hæc intelligenda esse, manifestum est.
Et hinc interpretes tantùm non omnes observant, Salomoni
potissimum sermonem esse de *necessitate moriendi*, quæ utiq;
homini cum bestiis communis est. Etsi n. DEUS optimus
hominem primitus creavit è άφθασιᾳ, insigni tn. hoc DEI
donō primi parentes nostri, per lapsum, semetipſos fædè pri-
várunt, morsq; in omnes homines transiit, ac jumento adeò
similis ex hac parte redditus est homo, ut jam non minus hic
necessariò moriatur, quam illud. Præter istam v. moriendi
necessitatem, homo cum bestia in morte convenit etiam quo-
ad ejus antecedentia, & causas externas, easq; tam naturales,
quam violentias. Naturales mortis causas voco infirmitates &
morbos, ex naturali defectu humidi radicalis, & caloris nati-
vi, ortas, senectutem etiam ipsam, si contingat, mortem na-
turaliter præcedentes. Ibi verò adverte bestiam morientem:
quamodo vires paulatim in eâ absumantur, dolores crescant,
esca & pabulum renuantur, membra officio suo desint, tan-
demq; ve,

demque, animæ exspiratione facta, corpus totum concidat, jaceatq; sine motu, brevi fatorem intolerabilem daturum, nî amoveas, aut terrâ operias. Attende verò & hominem morientem: Nonne apud hunc mortis caduceatores, morbi, prodromusq; ejusdem, senecta, vires tollunt, dolores augent, cibi portusq; nauseam causantur, ac, si membrorum triste decrementum intueri velis, nonne, morte appropinante, brachia & manus præ langvore concidunt, oculi contabescunt, aures obsurdescunt, gustus corruptitur, facies tota lurida redditur & Hippocratica, pedes corporis molem ferre recusant, intellectus quoque & memoria diminuitur, totum denique corpus ad putredinem & corruptionem vergit, animaq; ex spirante exsangve cadaver jacet, terrâ, paucos post dies & horas, humandum, nî fatorem ejus sentire velis. Ipsum Coheleth, hâc de re differentem, si audire cupis, adeas c. 12, 2-7. Quid si v. violentas etiam mortis cauſas, ex accidentib; externis pervenientes, animadvertere velis, vide, variis modis brutum interire; hoc venatoris gladius, vel telum, vel venabulum, transverberat, illud lanioni mactandum traditur, istud semetipsum enecat, aliud alia ratione morti datur. Qvis v. enarrat casus ac modos, quibus homines quoque violenter morti traduntur? hic mari mersus, ille feris lanatus, iste hostili gladio petitus, alias propriis armis transfossus, alias alio casu moritur. En ergo in his, hominis & bruti convenientiam. Quid si insuper conatus etiam & gestus morti vicinorum observaveris, eosdem deprehendes in homine, quos in jumento. Cernimus, bestiam invitam & cum reluctatione mortem subire; & homini quoque mors est πάνω φέρων φοβερότερη, dulcis omnibus vita, amara mors, quam omnibus, quibus licet, modis amovemus. In his itaque, & similibus, nullam evidentem, inter hominis jumentiq; mortem, deprehendimus disparitatem. Ne tamen quid adhuc in his errores, iterum diligenter attende, de eo, quod sit sub sole, de hominis morte, quatuor naturaliter contingit, sermonem hic esse. Benè B. Geier h. l; Dicuntur haec de homine, non ut renatus est,

F

ac

ac proin devotis latissq; gestibus animam Deo committit, sed in quantum naturaliter vivit ac moritur. Qvibus consona & elegantia vid. ap. Dn. D. Siricum de immort. anima c.2. p.59. seq.
Et hoc erat primum.

S. 28. Porrò II. convenire hominem & bestiam, afferit Salomo, modò naturalem vitam conservandi per Spiritum, s. respirationem: רוח אחר לבל Et Spiritus idem omnibus. Vox רוח (uti & Græc. πνεῦμα) מלאחָע sumitur in Sacris, quo de conferri possunt Nostrates Theologi in Loco de Spir. S. aliiq.; Græcum πνεῦμα a. vix curatiū qvis expendit B. Er. Schmidiō, Notis in N. T. ad Luc. I. 47. in primis ad Luc 24. 37. p. 637—641. Hic illud saltem tenendum, qvōd, etsi vox רוח non rarō animam rationalem, Spiritum illum cœlestem, designet, hīc tñ. significatio illa qvām maximē exulet; aliās n. oppidō falsa & absōna dixisset Salomo, cùm homo qvidem rationali Spiritu præditus vivat, non sic a. & bestia. Unde interpretum non pauci, nominatim B. Matthias, Geier, Dn. D. Strauch/ Meyfart, Mercerus, רוח hīc exponunt de Spiritu vitali, s. anima sensitiva & vegetativa; eadem namq; apud hominem & jumentum vitales sunt facultates, eadem vitæ functiones, sensus, motus, cupiditates, esus, potus, somnus, generatio, aliaq; externa. Non minus commodè tñ. simpliciter explicatur vox רוח de aura spirabili, halitu vel anhelitu, seu de respiratione, qva vitam quasi trahimus. Sic רוח sumitur Es. 2. 22. & egregiè etiam ista ratione cum etymo suo conspirat, בְּרִירָה, propriè est respiravit, unde רוח ventus est, vel aura, qvæ spirat & spiratur, & spirando etiam attrahitur. Sic & Græcum πνεῦμα propriè notat id, qvod exspiratur, halitum vel anhelitum illum, quem πνοή emittimus, den Odem; metonymicè v. ipsam etiam ἀραιόν i. respirationem, das Odemen/ designat. Et Latinos etiam eleganter ita voce *Spiritus* uti, notum est. Unde recte Vatablus locum nostrum expressit: Et *aura vitalis*, vel *aura spirabilis*. Nec minus B. Lutherus: Und haben alle einerley Odem. Et hicjam *Spiritus* לבל omnibus, h. e. & homini & jumento, est רוח unus, vel idem. Sicut enim

enim respiratio vel halitus hominis aura est, ita & bestia: ut homo vitam naturalem ad tempus conservat per respiracionem, ita & bestia: & hominem, & bestiam vivere, ex utriusque respiratione advertimus: interclusa eadem & homo & bestia moritur. Benè Biblia Nürrenbergensia: Es wird so weder Menschen/ als auch der unvernünftigen Thiere Leben durch das Odemen vermercket/ und wenn der Odem weg ist/ so sind sie beyde todt.

§. 29. Imò in hisce tanta hactenus inter hominem & bestiam conformitas est, ut addat etiam Salomo: וּמָוֶר הַאֲרָם פָּנָר בְּבָהָה אֵין Et præstantia hominis præ bestiæ nulla. Vi originis suæ vox propriæ præstantiam, excellentiam, emolumen-
tum, commodum, designat, in quod & significatu, ejusdem radicis vox יְהֹוָה & יְהֹוָה Coheleth passim utitur. Ipsa autem forma כָּוֹחַ nonnisi bis adhuc, præter nostrum locum, in Sacris offenditur, Prov. 14. 23. & c. 21. 5. qvibus utrisque locis inopia & egestati, ubi nil relictum est, opponitur. Unde B. Geier non malè observat, posse verba Salomonis commode etiam exponi de emolumentis, vel commodis, homini ex labore, vel bonis suis, post mortem residuis. Ubi sanè nulla ex istis, homini, præ brutō, post hanc vitam, est commoditas; Nudus homo nascitur, nudus quoque moritur, nec comitantur Dominum opes. Et quamvis (ait B. Geierus) Famam fortasse objicias, neq; tamen ista homini adeò peculiaris; adhuc enim Bucephali meminimus, aquæ ferme acessoris Alexandri. Potest tamen etiam מִיחָר intelligi in genere de excellentia, præstantia, & prerogativa, illis in rebus, quas Salomo jamjam recensuerat, quam sc. homo nullam habet præ bestiæ, tam quoad conservationem vite per respirationem, quam in primis etiam moriendi necessitatem. Nec tñ. omnibus omnino in rebus, iis etiam, quæ sublimioris & cœlestis sunt ordinis, homini præ bestia præstantiam eo ipso denegat Salomo, sed in dictis solum, atque similibus, quæ & quat. nim. mutationi & vanitati sunt obnoxia, hinc subjicit: כי הַפְלֵל הַכְלָל quia omnia sunt vanitas. LXX. τὸν ἀπόλειον, vanitas; rectius a. & signifi-

gnificantius exprimitur per ἀτμή f. ἀτμήν, vapor, balitus, הַאֲרָזֶה הַחֹזֵן כְּפַתְחָה balitus ex ore exiens, ut habet R. D. K. in lib. rad. Sicut & præter LXX, omnes locum Coh. 1. i. ita expressere: ἀτμής ἀτμῶν, vid. ibi Hieron. & consule Sixt. Amama in Antibarb. Bibl. l. 2. p. 380. Flatus itaq; & halitus oris hominem & bestiam h. l. comparat Salomo. Ut n. levis illa aura, quam ore spiramus, ad exiguum tempus apparet, subitoq; evanescit, nec omnino etiam retineri potest, sed fugere cogitur: ita quoq; homo & jumentum corruptioni ac mutationi externæ inevitabiliter subjacent. Qvod ipsum S. Jacobus egregiè sic declarat: πᾶς γάρ οὐ τελεῖ ἀτμήν; ἀτμής γάρ εἰσιν οὐ πεπονισμένης οὐδὲ παραπομένης, c. 4.14.

S. 30. In vita ergo per respirationem conservatione, moriendiq; necessitate, hactenus homines & bestiae converniunt; sed nec illi, difformes sibi sunt quoad locum, qui à morte utriq; destinatus, qvo de Salomo: הַכָּל הַזְּלָקָה אֶל־מִקְוָה omnia pergunt ad locum unum. Respicit vox homines pariter & bruta, de quibus nim. creaturarum speciebus h. l. dissertatio est. Nec tamen (qvod cautè tenendum,) de illis quoad animas etiam, sed quoad corpora tantum, nunc loquitur Coheleth; neq; enim vel jumenti, vel hominis anima in terram & pulvrem vertitur; sed hujus anima ad Deum reddit, Coh. 12. 7. illius v. anima in aërem abit atq; exspirat, ac neutra adeò terræ pulvere conditur. Corpus interim utriusque, ad unum locum pergit. Quā voce innuitur natura illi, post lapsum, & hominis & jumenti ad mortem, destinatus cursus, qvōd ad mortem, ab ortu statim ac nativitate sua, quotidiē eundo vergant, tendant, ac pergent, non secus ac ad metam præfixam cursor, vel ad locum intentum viator, pedetentim, imo & cursim, tendit. Per מִקְוָה a. h. e. locum unum, vel similem, Salomo nil aliud intelligit, quā terram, commune illud, corporum, post factam ab iis animæ solutionem, receptaculum, ultimamq; hominis pariter ac bestia sedem, qvod & ex seqq. satis aperte intelligitur.

S. 31, Vf.

§. 3b. Verum n. verò, ne in deteriorem sensum hæc
verba fortè quis traheret, insanamq; hanc Salomonis men-
tem affingeret, qvòd eandem animæ & corpori hominis, post
mortem, sedem tribuisset, mentem suam plenè explicat seq:

הַפְלֵגָה טֹהָרָה וּמִנְחָה Omnia sunt ex pulvere, &c. En! qvàm
cautè Coheleth híc agat; de eo loqui se, dicit, qvod ex pulve-
re conditum est; ad animā ergò hominis trahi id nequit, ete-
nim nonnisi corpus ex pulvere formatum est, de anima v.
Moses ita: Et inspiravit Jehova Elohim in faciem ejus Spiracu-
lum vitarum, Gen. 2. 7. Per locum ergò unum, qvem anteà
nominārat Salomo, non exclusam vult singularem illam bea-
tarum animarum in cœlis sedem, sed corpori solùm commu-
nem eum locum assignat, apertèq; adeò loquitur de eo, qvod
in sensus externos, non qvod in renati hominis cognitionem
incurrit. Verè a. Sapientissimus, hominem & jumentum ex pul-
vere esse, ait; Etsi n. hodiè non ex pulvere immediate, sed ex
semine, generetur ac producatur Homo & Jumentum, ex
pulvere tn. ambo sunt mediate, si nim. cum Salomone respi-
cias primam eorum in creatione productionem, ubi nullam,
hac in parte, præ jumento prærogativam habet homo, sed
hic non minus ex pulvere creatus est, qvàm istud. Quamvis
n. (verba sunt Dn. D. Siricij tr. de anim. immort. c. 2. p. 41.)
discrimen magnum in eo sit, qvòd hominis corpus manibus DEI
fuerit formatum, Brutorum corpora non item: illud etiam hisce
figura sublimiori, partiumq; structura eleganti perfeclius: tn. ma-
teria, ex qua formatum est corpus hominis, formata etiam sunt
corpora brutorum, pulvis terra est. Hæc ille. Creationis id do-
cet historia, Gen. 1. 24. c. 2. 7. De ñ ante עֲפָר v. Geier b. l.

§. 32. Communis proin hominis & jumenti mater est
pulvis & terra; at eadem etiam utriusq; post mortem com-
mune domicilium, unde addit Salomo: וְהַפְלֵגָה שֶׁב אֶל טֹהָרָה
omnia revertuntur in ipsum pulvrem. Ne qvid fortè quis in
horum verborum cum præcedentibus connexione erret, inq;
heterodoxorum via deviet, diligenter observandum illud

est, Salomonem h. l. declarative procedere, h. e. declarare & exponere, qvid in pulverem redigatur, nempe corpus, qvod ex pulvere formatum est; minimè v. argumentative, concludendō & argumentandō à causa ad causatum, à materia ad materia inseparabile adjunctum, & necessarium consequens; h.e. non ita concludit: *QVI* homo (ut & bestia) ex pulvere conditus est, Ergò ea propter mortalitati subjectus est, necessariòq; in pulverem redigitur. Sic n. homo etiam ante lapsum mortalis fuisse, dicendus esset, qvod tu. falsissimum, effatisq; Spiritus S. qvam plurimis è diametro est contrarium. Etenim non materiam creati hominis, sed peccatum, propriam ac solitariam mortalitatis humanæ causam esse, Paulus disertè afferit Rom. 5. 12. Et attende vocem DEI comminatorem Gen. 2. 17: qvocungz die comederis de arbore scientia boni & mali, moriendo morieris. Qvod ergò comminatio-
nis loco primis hominibus denunciabatur, id non & ius conditionem, sed & *magis* pñnam fuisse oportet. Unde certè nullâ ex parte concreta hominis immortalitati conditio illa nocuisset, qvòd ex terra fabricatus, nì lapsus supervenisset; uti nec ipsa etiam Terra naturâ suâ corruptibilis est: qvòd n. aliqvando in die Domini Terra, & quæ in eâ sunt opera exurentur, 2. Petr. 3. 10. id non à terræ natura perveniet, sed omnipotente Divini Numinis manu ac consilio peragetur, alias enim Coheleth verissimè ait c. 1. 4: *Terra in seculum stat.* Qvare inepti sunt, cum Pelagianis, Photiniani, & Arminiani, sic argumentantes: *Quicunqz constat ex elementis, habetq;* corpus animale & pulvereum, ille per se ad interitum vergit, & naturâ mortalis est; sed homo ante lapsum constabat ex elem. &c. E. vid. Ostorodus insl. Germ. c. 33. p. 269. Smalzius contra Franz. p. 402. seq. Socinus prelect. c. 1. & 2. & lib. de sta-
tu primi hom. contra Pucc. p. 4, 5, 17, 217, 222. seqq. Remon-
strantes in Apolog. ad Censur. c. 3. f. 56. seq. Episcopius disp. 3.
de oper. Dei th. 4. &c. Catechismus Racoviensis expressè p.
21. inquit: Warumb hat der Mensch nichts gemeins
mit der Unsterblichkeit? Darumb/daz er im Anfang von
der

der Erden gemacht / und umb der Ursachen Willen sterblich geschaffen ist. Enimvero fucum simplicioribus vendunt adversarii. Minore n. ccessâ, majoris connexio instantiis bene multis oppidò infringitur. De Terra paulò ante diximus. Christi v. Corpus, nostris humanis corporibus nonne qvoad substantiam simillimum erat, & sic ex elementis constabat ? at qvis illud mortale fuisse , dicere ausit ? Et Beati in altera vita , certè non aliud, sed idem numerô corpus, qvod in hac vita circumtulerant, habebunt, & in. immortales eos futuros esse, qvis negabit ? His ipsis v. ad verba Sapientissimi observatis, cœtera carent difficultate , iplâq; etiam quotidianâ experientiâ expediuntur. Quotidie homini pariter ac bestiæ contingere id, qvod Salomo hic ait, conspicimus. Post exiguum n. temporis intervallum, de hominis non minus, qvam bestiæ cadavere, terrâ humatô, nil nisi pulverem & cinereum reperimus, nec tantum non, hominis divitis an pauperis, sapientis an stulti, nobilis an ignobilis, docti an indocti, sed nec hominis an bestiæ pulvis sit, facile dijudicaveris.

§. 33. Ultimô locô Coheleth hanc hominis & jumenti paritatem ponit, quod, animam illius, pribus, immortalem esse, nuderationi incertum sit, atq; ignotum, v. 21: וְיַצְרָעֵב אֶת־יְמִינֵךְ Et si v. mens erat, diutiùs aliquantô hic morari, Versionesq; etiam & placita interpretum ad Hebraæ veritatis fontem examinare ; deniq; &, nihil præsidii in versionibus illis reposatum esse Atheis, sigillatim ostendere ; dicendorum in. facendum est compendium , ne nimium excrescat dissertatio. Relictis ergo suo loco aliorum versionibus, simplici fontium consilio inhæremus, ibiq; Salomonem Atheis è diametro contrarium deprehendimus. Sic enim verba sunt vertenda : *Quis novit Spiritum fil. hominis ? ascendit ille, ille ipse, sursum : & Spiritum bestie ? descendit ille, ille ipse, infra terram.* Vel ita : *Quis novit Spiritum fil. hominis, qui ipse ascendit sursum, & Spiritum bruti, qui ipse descendit deorsum ad terram ? Duo sc. hic*

hic dicit Salomon: I. neminem hominum esse, qui ex soloratis
nis sua lumine, immortalitatem animae humanae indubie noscat,
& bac in parte anima hominis ab anima bestiae dignoscatur. II. Ani-
mam tamen humanam re vera, post solutionem a corpore rema-
nere, bestia vero animam unam cum corpore interire. Pro hac a-
versione in genere observ. (1.) in פִּי יְהוָה accentum Revia, &
in שָׂאֵקְבָּקָתָן, territorium primum tmematis no-
stri constituentes. Unde non licet vertere: quis novit, an
Spir. fil. hom. ascendat &c. Sed ita: quis novit Spir. fil. hominis?
ascendit ille &c. Quid de vid. Magnif. Dn. D. Varenium c. l.
Attende (2) נְעַמְּפָטִיכָם, in עֲרָה & יְוָרָה territorii secun-
di, subnexumque utrisque הַיָּא, quae non alium, quam specifica-
tivum ac affirmativum sensum admittunt. Quare non inte-
grum est, reddere: Quis novit Spir. fil. hominis, AN ascendat
ille, &c. Verum ita: Quis novit Spir. fil. hominis? ascendit
ille, ille ipse, &c. Adverte & (3) Scopum Salomonis, quod h. l.
est, nimiam illam hominis & bruti in praesenti vita confor-
mitatem enarrare, & ex ea necessitatem alterius post hanc
vitam temporis inferre; qui scopus optimè etiam in v. 21.
obtinetur & ostenditur, si reddatur ut diximus. His (4) ad-
dere, si voles, poteris consensum autorum præstantissimo-
rum non paucorum, quos sparsim citabimus.

§. 34. In specie prima Salomonis propositio ita habet
מִ פִּי יְהוָה רוח בְּנֵי הָאָרֶץ Quis novit Spiritum fil. hominis? וְרוּחַ הַבְּהֻמָּה
& spiritum iumenti? Interrogationem hic, per pri-
mum & tertium tmematis territorium fluentem, parit in-
terrogativa personæ וּ, quae, ut aliae interrogandi particulae,
propositioni neganti gignendæ inservire solet. Ubi tñ. Canon
Ambrosii l. de pænit. c. 8. attendendus: Interrogationes quæ
dam in S. literis, quæ negationem inferre videntur, non sunt ne-
gative intelligendæ, sed subinferunt tantum difficultatem. Du-
plicē ergo in primis sensum parit interrogandi hæc particula.
I. non raro omnimodam negationem infert, ac id, quod inter-
rogat, sub impossibili ponit. Fieri id quidem ullibi, negat
Hieronymus b. l. sed reluctantibus exemplis scripturæ non
pau-

paucis, ut Job. 14. 4. Prov. 26. 9. Joh. 8. 46. Dein verò & II. negatio-
nem, ut sic dicam, aliqualem facit vocula ו, ac pro re difficulter ratiōq;
admodum contingentī, ponitur. vid. Ps. 90. 11. El. 53 i. Hos. 14. 10. Coh.
7. 1. &c. Prætereā v, etiam ו aliter & ob aliam rationem adhibetur.
Ex diversa a, hac interrogantis ו indole, diversa quoq; de nostro lo-
eo orta sunt apud interpretes judicia. Quidam n. nonnisi particulari-
ter negativam, ac de difficulti loquuntur in propositionem agnoscunt, sensu
hoc, ut dicat Salomo, per paucos esse, (non tñ. omnino nullos,) qui ani-
mam hominis sursum ascendentem ex extenuis cognoscant, & id qui-
dem admodum difficulter, (non tñ. impossibiliter.) Sic Hieronymus, Drusus
item, Lorinus, & Menochius. h. l. in primis Hakshan. not. phil. pt. 2. p. 47.
Alii contrà censem, Salomonem h. l. interrogandò negare simpliciter,
immortalitatisq; animæ humanæ notitiam nudæ rationi ponere sub
impossibili. Ita omnes ii, qvos paulò pòst, immortalitatem animæ ra-
tioni ignotam esse, ex h. l. probantes adducemus. Et horum senten-
tiam, veram, mentiq; Salomonis apprimè convenientem, meritò
censemus. Etsi n. ex priori explicatione, nihil Atheis accedat subbūdii,
argumentatio Salomonis tñ. poscit, ut præsens interrogatio purè ne-
gative exponatur. Certè n. longè valentius argumentum Ecclesiastæ
nasci poterat, pro inferenda hominis enim bruto conformitate, & ex-
inde sequenti futurò judiciò, si immortalitatem nostræ animæ rationi
penitus abstrusam diceret, qvā, si eidem eam cognitu tantùm diffici-
lem assereret. In primis, cùm non de probabili aliqua, sed de apodicticā
& exacta notitia, loqvatur Sapientissimus, utens verbo ו. Qvā
singulari n. emphasi gaudeat ea vox, nemo facile ignorat. Sc. quan-
do mentis est & intellectus, ut h. l. scientiam non aliqualem, sed omnino
certam, suis rationibus nixam, antecedentium causarum, presentium circum-
stantiarum, in sequentium deniq; effectuum probè consiciam, omnemq; prorsus
dubitacionem excludentem, designat; qvod ex Concordantiis & Lexicis
sat clarum. Nostrò ergò etiam locò, voce hac, non quidem omnino o-
mnem, exactam tñ. perfectam & solidam animæ immortalis notitiam de-
signat, nudæq; rationi meritò denegat Coheleth.

S. 35. Notitia ea concernit ex una parte כנִי האָרֶם spiritum
fil hom. ex altera parte רוח בְּהַמֵּת spiritum jumenti. Cave hic per Spiritu-
m intelligas vel Spiritum vitalem, vel auram spirabilem, halitum & anhe-
litum, quem cum jumento hominem communem habere, suprà dixe-
rat Salomo, causam potius vel formam specificam, hominis pariter &
bestiæ, vocem מִלְחָמָה h. l. designare, sensus evidential loquitur. Et hominis
quidem anima rationalem alias etiā מִלְחָמָה nomine in sacris venire, no-
tius

tius est & certius, qvam est prolixè probari debeat, vid. solum Coh. 12, 7. Ast ad bruti etiam, omniumq; in genere animantium, formam specificam denotandam, vocem רוח חיים qvibuscunq; animantibus tribuitur. vid. & Psal. 104. 30. qva loca contra Wendelinum, in causâ de tradi-
duce animæ humanæ, utiliter confert B. D. Dan. Lagus διαστά. de pecc.
Orig. p. 8. Nostrò v. loco quid clarius? De רוח הominis dicitur, qvòd
ascendat, æternumq; permaneat; non ergò vel de halitu, vel spiratione,
vel Spiritu vitali, sed animâ rationali hominis, sermo est. Hic *Spiritus*
hominis opponitur *Spiritu bestie*; E, forma hominis formæ bestiae.

§. 36. Integra ergò Salomonis propositio prior ita se habet:
Nullus omnino hominum est, qui animam hominis & bestie exactè noscet.
Verum eo ipso mens Salomonis nondum satis clara est, sed circa qva-
dam ulterius adhuc indaganda & exponenda. Et enim (1) cùm multa
sint, qvæ de hominis ac jumenti animâ sciri nesciriq; possunt; quid
præcisè nobis de cāignotum esse dicat Cobeleth, videndum. Dico breviter:
Salomo idipsum præcipue de hominis brutiq; animâ ignorari dicit,
qvod verbis statim exsertis de utraq; asserit, sc. illam perennare, hanc
v. evanescere. Res ex dictis probata videtur. Neq; n. appareret, cur
tale quid de hominis & bruti animâ hīc loci assereret, nisi, idipsum ne-
sciri nobis, indigitare vellet. Nec convenientius etiam & aptius pro-
cedere Salomo poterat, qvam si proferret id, qvod in primis homi-
nem à bestia discerneret, idem tn. ipsum, ubi ignoraretur, maximam
hominis cum bestia in externis convenientiam argueret. Alia n. non-
nulla circa hominis animam nota esse, quid attinebat? Et in hoc ipso
etiam omnes omnino, nō fallor, interpretes consentiunt. Nec tn. (2) Sa-
lomo, qu. ait: Quā novit Spir. fil hom. & Spir. jumenti? ita intelligendus,
ac si non minus defectibilitatem & mortalitatem animæ brutæ, qvam
perpetuitatem ac immortalitatem animæ humanæ, ignorari à nobis
doceat; hōc n. quidem pactō mira omnino dixisse videri posset Salo-
mo, cùm prior illa satis superq; nobis constet: qvis n. ignorat, animâ
bestiarum unā cum corpore interire, penitusq; deficere? At v. nec eti-
am id vult Sapientissimus. Non, inqvam, id vult, neminem scire, an
animæ brutales intereant, imò v. idipsum, ut institutum suum eò me-
lius obtineat, ceu satis cognitum supponit; hoc a. vult, neminem sci-
re, an hac in parte hominis anima bruti animam antecellat, an v. illa
non minus qvam hæc intereat? Locutio comparativa h. l. talera sen-
sum postulat. Et sic obtinere optimè poterat Salomo id, qvod volebat,
sc. statum hominis esse miserrimum, cùm nec ipsa etiam ejus pars me-
lior.

lior, anima, jumenti animam defectibilem anteire, exteriū deprehendi queat. Enim verò, ne vanā spē se lactent Athei, existimantes, reperisse se, quod piis objiciant: hāc nīm. ratione neminem omnino esse, cuī de anima humanae immortalitate ullā ratione constet, ac proin ecclesiam iemerē eam afferere; porrò (3) Salomo in his in primis illustrandus, &, quo verba sua modo intellecta velit, indagandum erit. Probè igitur attend. duplex illud, maximēq; diversum, deveniendi in rei alicujus notitiam, principium, videlicet *humana ratio*, & *divina per verbum revelationis*, è quorum priori *Scientia*, *Fides* ex posteriori nascitur. Res ergò evadit clarissima, omniq; prorsus impietate liberatur, imò sapientissimè locutus esse deprehenditur Salomo, ubi adyertimus, cuinam principiō ignorare anima humanae immortalitatem, pronunciet? Hic v. *scopus* & aliae circumstantiae verborum satis superq; docent, Salomoni neutiquam sermonem esse de eo, quid homo, verbo DEI edocitus, de anima immortalitate nosse queat, sed quid præstare hic valeat, ratio, *sibi soli relata*, luce verbi & *revelationis* DEI destituta, ex suis ipsomet principiis, externum quae hominū & jumenti eventum spectans. Volebat n. Coheleth & hoc v. 21. firmare medium suum terminum, ad inferendam hanc conclusiōnem: *E. necessariò restat extreum judicium.* Medius terminus hic erat: *quia homines sibi videntur bestiæ*; hunc illustrārat hactenus variis eventibus externis, homini & bestiæ communib; Idem ergò & hoc versu præstaturus, ac de hominis brutiq; anima locuturus, ne aliena diceret, non profert, quid de ea homines, verbo DEI instruti, sed quid illi, *sibi met relata*, cognitum habeant. Et, ut alia, huc facientia, taceam, certè, nisi ualà r̄, & de ignorantia rationis nostræ corruptæ, locutus fuisset Salomo, qvomodo addere statim ipsum potuisset: *Ascendit spiritus filii hominis, i. e. anima hominis immortalis est;* Nimirum, cùm ex revelatione divinā nosset hoc ipsum Salomo, nudætn. rationis nostræ principiis abstrusum illud esse, dicere volebat. Unde & solidam, his ipsis in verbis, Sapientissimi deprehendimus decisionem, insignis illius nobilisq; qvæstuti, *an nuda rationi infallibiliter nota sit anima humanae immortalitas?* Qvæstionem affirmarunt alii, alii negarunt. Priori classi nomina sua in primis dedere *Conimbricenses tract. de an separ. disp. 1. art. 3. p. 568. seqq.* Hos longo ordine comitantur Doctores alii Pontificij, ducti præsertim autoritate Concilii Lateranensis sub Leone X. sess. 8. id quod fatetur, & aliás etiam propugnat Oviedo Phil. T. 2. de anim. contr. 16. Punct. 1. p. 213 Rod. de Arriag. disp. 12. de an, sect. 1. subs. 2. p. 931. seq. Sed & non paucis aliis idem assertum placuit; qvos v. jam taceo. Et hi quidem, ut sententiam suam obtineant, non solum varias ex na-

turæ lumine; pro immortalitate animæ humānæ, proferunt ratiōnes, sed & ex seniorum gentilium numero adducunt unum & alterum, qvi immortalitatem animæ disertis verbis afferuit. Verum eūm verò, aliud qvid hīc visum est viris aliis quamplurimis, longè iis doctissimis, longèq; gravissimis, statuentibus, qvòd, et si omnino probabilita qvædam lumini naturæ, pro inferendā animæ rationalis immortalitate, suppetant ratiocinia, ex qvib[us] probabilita aliquā ac verisimilius enasci queat opinio; et si item apud Philosophum Christianum, ad dogma de immortalitate animæ, postquam id ex Scriptura solidē firmatum est, illustrandum, aliquid valeant argumenta ex ratione & naturā petita: neq; vaqvam tu. hæc animæ humanæ perennitas ita ex sola & nuda natura apodictice probari possit, ut inde firma, solida & apodicticā emerget notitia. Et horum sententiæ meritò nos quoq; suffragamur. Sic v. post Scotum 4. sent. dist. 43. qu. 2. Cajetanum in Rom. 9. & Coh. 3. aliosq; sentit Doctiss. Jul. Cæs. Scaliger exerc. 307. selt. cui Conomine valde, sed immēritò, succensent Conimbricenses l.c.p. 575 Idem agnoscit Lorinus in Coh. 3. qvi etiam ad Tertulliani, Arnobii, Niseni, Plutarchi, Aphrodisi, aliorumq; veterum, tam Christianorum, qvām paganorum, consensum provocat. Ex Calvinianis hanc in rem vid. Gisb. Voëtius disp. select. pt. I p. 777. seqq. Nostratium v. Theologorum cui non approbata ista est sententia? Aliq[ui]os nominabo, eos v. præstantissimos. B. Lutherum Comm. in Coh. 3. B. Gerhardum T. LX Locb de Morte §. 146, 147. B. D. Matthiam in Coh. 3. B. D. Hulsemanum Brev. Theol. extens. c. 16. p. 260. seq. B. D. Geierumb. l. B. D. Waltherum tract. de immort. an p. 7 seq. B. Dn. D. Strauchium Harte und Milch-Speise conc. 3. in XVI. p. Trin. p. 1350. Dn D. Varenium Brey. Theol. p. 806. seqq. Dn. D. Qvenstedt in Coll. Theol. MSC. c. de Morte sect. I. th. 16. Dn. D. Deutchmannum Disp. de immort. animæ thes. 2. Dn. D. Scherzerum Syst. Theol. Loc. 5 p. 115. Loc. 23. p. 619. & in Brey. Euflach. qv. phys. 222. & 223 p. 252. seq. Dn. D. Siricium tract. de beat. an. hum. post mort. hom. immort. p. 34. seqq. Ethorum qvidem non pauci primarium argumentum suum ex ipso nostro petunt oraculo. Et rectè. Disertè namq; negat Salomo, cuiqvam ex solo naturæ lumine solidē de immortalitate animæ constare. Urgeo & observo hīc in primis duo, (1) universaliter negantem **W**, scopumq; Salomonis, (2) vocem **עַד** de apodictica notitia loquentem, qvæ utraq; superiùs exposuimus. Nec certè qvicqvā veritati huic officiunt vel argumenta adversariorū, pro immortalitate animæ ex naturā deprompta, vel exempla gentiliū, cā a gnoscentiū. Argumentorū n. illorū, licet concedamus qvædā ita compa-
ata esse, ut, qvod B. Gerhardus ait, idonea sint, ad ostendendā ex lumi-

ne naturali congruentia, & refutandā incongruentiae objectionē; vel, ut
Mornæus de V. R. l. 1. c. 15. inquit, ad impudentiam adverbariorum re-
tundendam; et si, inquam, probabilem quandam persuationem inducere
queant: nullum tñ. eorum apodicticam & immotam probationem inferre
potest, sed soli scripturæ laus ista tribuenda. Videbis, quæ ad aliquid isti-
us generis argumenta annotavit B. Gerhardus l. c. & Dn. D. Varenius, Brev.
Th. l. c. Scitè B. Hulsemannus l. c.: Quanquam sic colligi possit: ratiocinandi
beneficium, Synteresis, aliasq; animæ humanae qualitates, aliunde, quam ex
elementis superveniente; inde tñ. non necessariò consicitur: naturam animæ
hoc exigere, ne posse interire, sed probabiliter tantum. Ex naturæ n. lumine
non constat, eum, qui creavit has formas, creasse eas cum hac conditione, ne
unquam interire possent. Nam, quemadmodum ante creationem suam non
exstiterunt, ita nihil impedit, quod minus absolute redire queant in nihilum. Ni-
si alius quidam obex ob sit, de quo ex naturæ lumine non constat. Ad exempla
verò ethnorum, suo jam tempore egregia hæc annotavit Justinus,
è Philosopho Platonico constans Christi ad martyrium confessor,
Apol. 2. pro Christianis: Moses antiquior est omnibus scriptoribus Græcis, &
quæcumq; Philosophi & Poëtae de immortalitate animæ, & pænis post hanc vi-
tam, & de consideratione cœlestium dogmatum scripsérunt, ea à prophetis mu-
tuati sunt, tanquam semina virtutis. Scilicet, si quod omnino gentiles
quidam attentiores, de animæ immortalitate, eleganter senserunt
ac dixerunt, id omne, ut alia multa, ex divinis hominibus, sparsisq;
eorum scriptis, dictis & rumoribus haussisse eos, statuendum est. Pla-
to hic in primis laude nominandus, qui, quod antiquitatis vera
sector erat industrius, naturæq; præterèimator sagacissimus, tan-
tum hac in re profecit, quantum ex gentili numero alius vix ul-
lus. Ex eodem v. fonte sua etiam dubio procul hauserunt alii, qui
de animæ perennitate altius quid statuerunt, quos longo ordine ex
Fabentino recentent Conimbricenses p. 563. Præterquam verò, quod
hic veris falsa, vana ac impia miscent ethnici, ac in eo etiam discri-
mine essent, quod quidam eorum animam omnis mortalitatis exper-
tem facerent, alii v. eam vel longo post tempore vel paulo postemo-
ri statuerent: omnes dubii hac in re hæserunt, nec, ex sola natura,
habuerunt, cui, ceu immoto fundamento, firmiter inniterentur. Hoc
vel solū colloquiu Attici & Marci apud Cic. l. 1. Tusc. qv. comprobatur, ubi
Atticus sic infit: Delectat me illa sententia, posse animos, cum è corporibus ex-
cesserint, in cælum, quasi domicilium suum, pervenire, idq; primum ita esse,
deinde, etiam si non sit, mibi persuaderi velim. Respondet Marcus: Quid
tibi ergo opera nostra usus est, num eloquentiæ Platonem superare possumus?
Evolve diligenter ejus librum, qui est de animo, amplius quod desideres erit n.

Uit. Subjicit Atticus: *Feci me hercule, & quidem sepius, sed nescio, quoniam modo, cum lego, assentior, cum posui librum, & mecum ipse de immortalitate animorum cœpi cogitare, assenso omnis illa elabitur.* Et audi Lucretium lib. 1:

*Ignoratur enim, quæ sic natura animai,
Nata sit, an contraria nascentibus insinuetur,
An simul intereat nobiscum morte direpta?*

Ipse etiam Aristoteles, princeps ille & alpha philosophorum gentium, cum aliquando rectius de animæ perennitate sentiret, aliquatenus ita dormitavit, ut in utramque sententiam dubius inclinasse, sibi quis non satis constitisse, omnino censendus sit. De Galeni, Socratu, Seneca, Ciceronis, aliorumque, dubitationibus, nihil dicam. His a viris summis, supraquam laudem alias positis, cum, per naturam solam, ad solidam immortalitatis mentium nostrarum notitiam pervenire non licuerit; de aliis quid sperandum sit, judicare est facile. Imò, alii ex gentilibus, iisque satis alias cordati, exsertis verbis animæ immortalitatem negarunt, riseruntque; etiam, dataque; opera insectarunt, quo nomine Aratum, Zenonem, Plinium, Epicurum, Lucretium, aliosque citare possumus. Adeò nimic verè ait Salomo: *Quis est, qui, animam hominis ab anima jumenti immortalitate differre noscat?*

S. 37. Verum enim vero, quod hic nescit nuda humana ratio secundum naturam, scit & tradit divina revelatio secundum scripturam. Ecce n. jam alteram etiam Salomonis propositionem, ubi de spiritu hominis expressè ita: *הַלְלוּ הָאָדָם* ascendit ille, ille ipse, sursum; de jumenti spiritu a. sic: *הַלְלוּ הָאָדָם* descendit ille, ille ipse, infra terram. Prolixus esse in his nobis non licet, & parent etiam verba difficultate, nisi quam eis peperere interpretes nonnulli, in præfixo ה, vocum אלה וְרֹתֶה, quod שָׁאַלְתָּה, interrogandi particulam agnoverunt, redentes: *An ascendat, an descendat.* Et nihil quidem Atheos juvat ea versio, nos tamen, quando Salomonem attentius inspicimus, acqvielcere eadem minimè possumus. Præfixum n. ה h. h. l. neutiquam est interrogativum sed demonstrativum. Urgemus preesseque; tenemus, constantissimam omnibus in codicibus ה h. l. punctuationem. Punctatur ה ante אלה v. cum patach, sequente in litera radicali dagesch; haec v. נ specie fixari, nunquam interrogativi in sacris est punctatio. Ex auctoritate probat, etiamiusque; quam ullus unquam alias perseqvitur Magnif. Dn. D. Varenius Gemm. Sal. à p. 18 ad p. 32. qui omnino pro nobis consulatur. Nos addimus, quod etiam vel maximè exemplum aliquod in sacris dari possit

posset, ubi ה שאלת f. interrogativum eodem modo, quo hic loci, tam ante literam indageschabilem, h. e cum kamez, quam ante dageschabilem, & quidem radicalem, h. e. cum patach seqyente dagesch, punetetur: ex eo tamen non illicò reddatur probabile, nedum evincatur, nostrò quoque loco talem punctati interrogativi præstò esse anomaliam. Sensum id poscere, non apparet; imò melior emergit, si ordinarià ratione intelligatur. Reclè hinc R. Sal. Ben Melch iu suò פכל יוֹפִי מפנֵי אֶת הַגָּדוֹן fol. 47. notat: ה החא הידיעה ובהא בקמץ מפנֵי אֶת הַגָּדוֹן h. e. He גְּעֻלָּה esse He emphaticum, ac punctari per propriam literam gutturalē. R. D. K. hanc in rem vid. ap. Mercerum; Aben Esram ap. Dn. D. Var. p. 32. Plures non cito; conf. autem & Haksp. not. p. 472. Non ergò Coheleth dubitat, aut querit: AN ascendat; sed affirmat: QVOD ascendat Spiritus hominis, & descendat Spiritus bestiæ. Ipsa autem phrasis עלה לטלہ ascendere sursum, non denotatur Locus s. motus localis animalium humanarum, neq; etiam innuitur, præcisè in supernis, supra cælum aspectabile, esse πάντα receptaculum animalium, (alias enim, ut B. Geier benè monet, etiam impiorum animæ illuc abirent, cum promiserent de animabus hominum omnium agatur hic,) sed designatur status earundem, quod ubi corpore excedunt, non pereant, sed perennent, a sursum veluti ad Deum, in cælis habitantem, qui eas dedit, ascendant, c. 12. 7. compareantque; coram tribunali & judiciō DEI, rationem reddituræ omnium, quæ egerunt, v. 14. Contrà רמתה הארץ descendere infra terram, valet corrumpi, perire, evanescere, ad instar ejus, quod sub terram defoditur, accipitrescit. Ita enim descendere interdum notat destrui, aboleri, Deut. 28. 52, Ez. 26. 11. Sic itaque; jumenti anima etiam descendit, i. e. non sicutur Deo in judicio, sed una cum corpore corruptitur per resolutionem, in terram, i. e. in elementa, ex quorum potentia educta est.

§ 38. En ergò, quam & hic fallatur Atheus! Quarebat & jactabat Salomonē de immortalitate animæ dubitantem, dubitandoque; eam negantem; invenit verò & sentit Salomonem eandem sanctè afferentem. Quid proin restat iam, quam ut tandem conficiamus rem, gladio ipsius propriò petentes jugulum & cor Atheo, tribus his ex ipso oraculo nostro inflictis eidem istibus:

- I. Verè anima humana est immortalis.
- II. Verè restat corporum nostrorum resurrectio.
- III. Verè futurum est extremum judicium.

חֲדַבְדַּבְרַי חָכָם, תְּהִדְוֹתֵךְ יְמִינְךָ תְּבִינְךָ, מִנְחָה
חַדְבָּךְ יְמִינְךָ תְּבִינְךָ, חֲכָמָךְ,

Ad Præcedentem
DN. AUTOREM.
& Respondentem in Disputatione
de
ATHEISMO.

Odolor! est Atheis totus plenissimus Orbis.
Qvilibet & factio, qvod sonat ore, negat.
Numinis haut supereft sancti reverentia terris
Nec facilè his fuerit repperienda fides:
Venturi hoc Domini signum est. Prædixerat ipse.
Vix Agapen terris, vix fore in orbe fidem.
PRÆTORI, Te zelus agit prænobilis, ardens
Te pietas, veri Te benè tangit amor.
Quos Atheos qvondam perstrinxerat ipse Salomo,
Qvo sapiens mage Rex nullus in orbe fuit,
Tu qvoq; perstringis chartis & voce diserta.
Ne claudas aliis, qvod Tibi constat iter.
Nemo sibi soli natum se cogitet esse,
Communi fas est consuluisse rei.
Sic pergas DOMINO Te sistere porrò probatum;
Non cœlo pietas displicuisse potest.

AUGUSTUS VARENIUS, D.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn737562765/phys_0061](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737562765/phys_0061)







Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn737562765/phys_0064](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737562765/phys_0064)



posset, ubi ה שאלָה ה f. interrogativum eodem
 tam ante literam indagescabilem, h. e cum kame-
 bilem, & quidem radicalem, h. e. cum patach se-
 etetur: ex eō tamen non illico reddatur probabile,
 strō quoque loco talem punctati ה interrogativ-
 am. Sensum id poscere, non appetet; imo me-
 riā ratione intelligatur. Recte hinc R. Sal. Ben.
 fol. 47. notat: וְבָאָה בְּקַמֵּץ כִּפְנֵי אֹתָהּ הַגְּדוּלָה
 He גְּדוּלָה esse He emphaticum, ac punctari per tra-
 lem. R. D. K. hanc in rem vid. ap. Mercerum:
 Var. p. 32. Plures non cito; conf. autem & H
 ergo Coheleth dubitat, aut querit: AN ascendat
 ascendat Spiritus hominis, & descendat Spiritus bes-
 עלה ascendere sursum, non denotatur
 marum humanarum, neq; etiam innuitur, pra-
 cælum aspectabile, esse περιφερειαν. receptaculum ani-
 Geier bene monet, etiam impiorum animæ illuc
 de animabus hominum omnium agatur hoc,) sed
 dem, quod, ubi corpore excedunt, non pereant
 sum veluti ad Deum, in cælis habitantem, qui ei
 7. compareantur; coram tribunali & judicio Di-
 omnium, quæ egerunt, v. 14. Contraria
 infra terram, valet corrumpi, perire, evanescere
 sub terram defoditur, ac computrescit. Ita en-
 notat destrui, aboleri, Deut. 28. 52. Ez. 26. 11.
 etiam descendit, i. e. non sicut sit Deo in judicio
 corruptitur per resolutionem, in terram, i. e.
 potentia educta est.

§ 38. En ergo, quam & hic fallatur Ath-
 bat Salomonē de immortalitate animæ dubita-
 negantem; invenit verò & sentit Salomonem ei.
 Quid proin restat jam, quam ut tandem confidat
 proprio petentes jugulum & cor Atheo, tribu-
 stro infictis eidem istibus:

- I. Verè anima humana est immortali-
- II. Verè restat corporum nostrorum re-
- III. Verè futurum est extremum judiciu-

χρόνος δε οὐκέτι κάλεσαι, τῷ διδόνει ημῖν τὸ
 κυρίου ημῶν ἡγεμόνης χρήσιμον

